Laomedou.	ibidem	Menelaus cum Hectore cōgressiu	
Laomedontis perfidia	236.a	rus a fratre prohibetur	75.a
Legati ad Achillem reconcilian		Menelaus fratri.	105.a
dum mittuntur.	95.a	Menelai facinora aliquot.	146.b
Legati ab Achille recedunt impla		Menela' p cadauere patrocli	88.b
cato.	103.a	Menelaus ad Phœnicem.	197.b
Limoria,	202.a	Meneptolemus.	26.b
Locrensiū duces	23.a	Mercatura exercetur rerum per	
Ludi celebrati in honorem Patro		mutatione.	81.a
cli defuncti.	252.a	Mers	202.a
Lycaon Priami filius	229.a	Mercurius deorum nuntius Lato	
Lycurgus a diis excœcatus	66.a	nam alloquitur.	236.b
Lycurgus Areithon pstrauit.	75.b	Mercurii uirga & talaria.	269.b
Machaon medicus.	41.a	Mercurius Priamum ad Achillē	
Machaon menel. curat	41.b	ducit & reducit.	270.b
Machaon e pugna digreditur san		Minerua cum Diomede.	61.a
cus.	123.a	Minerua Martem lapide, quem	
Mars uulneratur.	62.a	agri terminū uocat p cussit.	235.a
Martis a Diomede uulnerati cla		Minerue auxilio Achilles Hector	
mor.	62.a	rem occidit.	242.a
Mars Ioui infortunū suum que		Mittunt legati ad Achillē.	95.a
rulus exponit.	62.b	Molimentum prelii in manibus,	
Martis parentes.	ibidem.	consilii in uerbis.	184.a
Mars ab Aesculapio curatur.	63.a	Moriendū est omnibus.	72.a
Mars filii Ascalaphi mortem do		Mortē effugere nemo pōt.	ibidē.
let.	162.a	Mori p patria pulchri est.	168.b
Martis & Minerue pgressus.	235.a	Mortuis non inuidendū.	80.a
Medicus multis aliis pollet.	123.a	Mortuos suos sepeliunt Troiani &	
Meleager aprum occidit.	101.a	Græci.	80.b
Meleagri indignatio ob mortis im		Munera Achilli ab Agamemno	
precationem.	101.a	ne data.	216.a
Melite.	202.a	Muri troiani a qbus extructi	236.a
Menelaus non uocatus, tamē fra		Murus græcorū a diis destruit.	81.a
tris conuiuium accedit.	20.b	Muse in deorū quiuio canunt.	13.a
Menelaus Helenam repetitum		Musas innocat Poeta.	22.a

I N D E X

Mycenæ.	23.b	Nestor rursum Agamænoni.	93.b
Myrines sepulchrum.	27.b	Nestor Diomedis sententiam laudat dissuadentis fugam, consur-	
Myrmidones Patroclum complorant.	207.b	lens ut Achille, quoquo modo reconcilietur.	94.a
Mysiorum principes.	28.b	Nestor Diomedem noctu somno excitat.	107.a
N aisibus Græcorum ignis iniicitur.	174.b	Nestor facta sua predicat.	107.a
Neptunus auxilio uenit Græcis.	137.b	Nestor uigilibus.	107.b
Neptunus Aiacibus.	ibidem.	Nestor ad Patroclum.	125.b
Neptunus ceteros Græcorum principes animat.	138.b	Nestor ad Agamænonem pergit.	152.a
Neptuni clamor.	154.a	Nestoris ad Ionem precatio.	66.b
Neptunus Ioue dormiente adiuuat Græcos.	157.b	Nestor socios animare nititur.	171.b
Neptunus Iouis iussu è prælio discedit.	164.a	Niobes liberi ab Apolline & Diana sagittis confixi.	274.b
Neptuni in concilio deorum uerba ad Ionem.	220.a	Noireus Græcorum formosissimus cum quot nauibus.	25.b
Neptunus Aeneam liberat, ne Achillis manu occubatur.	224.b	Nox somnum liberat ab ira ionis.	155.b
Neptunus Apollinem affatur.	235.b	O Rithia.	202.a
Neptunus Troianorum muros edificat.	236.a	Othryoneus occiditur.	143.a
Nereidum nomina.	202.a	P allas Achillem monet, ne Agamemnonem gladio confodiat.	6.b
Nemertes.	ibidem.	Pallas Vlyssi.	16.b
Nesæa.	ibidem.	Pallas fœderis ruptæ auctor.	39.a
Nestoris oratio.	7. & 15.a	Pallas Diomedem consolatur.	50.a
Nestor somno Agamænonis acquiescendum censet.	15.a	Pallas Troianarum fœminarum preces non exaudit.	69.a
Nestor Græcis.	75.b	Pallas cum Apolline.	74.a
Nestores decem sibi optant Agamemnoni.	20.a	Pallas sola Ioni respondet cæteris diis præ timore silentibus.	83.a
Nestor Agamemnoni.	21.a. & 43.a	Pallas Martem obiurgat.	162.b
Nestor suos ad prælium instruit, & faciendum eis fit, edocet.	43.a	Pallas Martem uincit.	235.a
Nestor ad Patroclum.	125.b	Pallas uenerè humi sternit.	235.b
Nestor socios admonet.	65.a	Palestritarum certamen.	259.b
		Pandarus Lycaonis.	28.a
		Pandarus fœdus uiolat.	39.b
		Pandarus cum Aenea in Diomedem	

I L I A D I S

Dem.	50.b	Patrocli strati ad Hectorem ver	
Panope.	202.a	ba.	187.b
Paphlagonēs quī.	28.b	Patrocli mortui corpus grauitē a	
Paridis temeritas et timor, et sine		Græcis, ne Hector eo potiatur,	
gulare cum Menelao certa		defenditur.	192.b
men.	29.b.30.a	Patrocli mortē Achilli nuntiat	
Paris ab Hectore obiurgatur.	30.a	Antilochus	201.b.
Paris Hectori.	30.b	Patrocli corpus ab Hectore rapit	
Paris cum Hectore exit in præ		tur	204.a
lium.	ibidem.	Patroclus ad Achillē afferit.	205.a
Paris uictus liberat a venere.	35.b	Patroclus ab Achille desleat.	205.b
Paris respondet Helena.	36.b	Patrocli naribus instillatur nectar	
Parid. naues a quo edificatae.	49	et ambrosia	212.b
Paris Diomedem ex insidiis uul		nerat.	
	120.b	Patrocli umbra Achilli se ostendit.	249.a
Pasithea charitū una, Somno deo		Patroclus crematur.	250.b
ab Iunone despondetur.	156.a	Patroclo defuncto ludos instituit	
Patroclus conuiuium parat lega		Achilles	251.a
tis.	95.b	Pedasus equus Achillis.	76.a
Patroclus ab Achille ad Nestorē		Pelia hasta	175.b
mittitur.	124.b	Percosius longe omnium doctissim	
Patroclus Achille senior.	127.b	mus scientia diuinandi	28.a
Patroclus Achilli miseram Gre		Peste laborant Græci.	3.b
corū cladem nuntiat.	174.a	Pernicacia dea ad castra Græco	
Patroclus armat in troianos ibi.		rum mittitur.	114.b
Patroclus Troianos inuadit pluri		Phærecius fabricator nauium Pa	
mosq; occidit.	178.a	ridis.	49.a
Patroclus Troianos in fugam con		Pherusa.	202.a
uertit.	179.b	Philoctetes.	26.a
Patroclus sarpedonē occidit.	181.b	Phocensium duces quī.	22.b
Patrocli ubi interfici uelit, secum		Phænicis ad Achillē oratio.	99.a
deliberat Iupiter.	184.a	Phrighiorum principes.	28.b
Patroclus neglecto mādato Achil		Pili ex timore surrecti sūt.	270.a
lis Troianos ad urbē psequit.	185.a	Pirithous.	87.a
Patroclus Troiā cepisset, nisi ob		Pirous Thracibus dux.	28.a
stitisset Apollo.	ibidem.	Pluto uulneratus.	54.b
Patroclus ab Hectore stratus occi		Pollux strenuus castibus.	33.b
susq;	187.a	Preces Iouis filie.	100.b

INDEX

Principis cura.	14.a	Prothous princeps magneti.	26.b
Princeps solidam dormire noctē non debet.	ibidem.	Protho.	202.a
Priamus Helenam alloquit.	32.a	Pyleus quib. dux.	28.a
Priamus in campum uenit ad percutiendum fœdus.	33.b	Pyrechmes Pæonibus.	28.b
Priami genus.	223.b	Pugilum certamen.	259.a
Priamus in miranda turri Achillem prospectat.	237.a	Pugnae Græcorum Troianorūq; initium: & deinceps per aliquot libros.	115.b
Priami ad Hectorem preces necum Achille congregiat.	239.b	Q ualia dixeris, talia audies.	224.a
Priamus filium Hectorem deflet.	245.b	Reges offensa raro obliuiscuntur.	3.b
Priamus iussu Iouis redimēdi Hectoris causa ad Achillis accedit tentorium.	267.a	Regni potestas ab Ioue ē.	7.b. 17.a
Priamus a Mercurio ducitur ad Achillem.	270.b	Regum est, ut affectus cohibeant.	215.a
Priamus ingreditur ad Achillem.	272.a	Rhesus Thracum rex proditur, & ab Diomede occiditur, cuius equi abducuntur.	112.b
Priami apud achillē pces.	272.b	Rhodii.	25.a
Prudentia quid possit.	253.a	S agittariorum certamē.	262.a
Podagrus equus Hectoris.	85.b	Salamini.	23.b
Podalyrius & Machaon medicifilii Aesculapii.	26.b	Sarpedon uulneratus Hectora in clamat.	59.b
Podarga equa.	176.a	Sarpedonis uirtus in capiēdis græcorum castris.	133.b
Poeta Musas inuocat.	22.a	Sarpedonis exhortatio.	135.b
Polites Priami filius.	27.b	Sarpedon Iouis filius cum Patroclo congressus occiditur.	181.b
Polydamas Hectori & reliquis troianis.	132.b	Sarpedonis cadauer deferri in Lyciam.	184.b
Polydamas Hectorem obiurgat.	149.a	Saturni filii tres, qui omnia inter se diuiserunt.	163.b
Polydamantis sententia ut urbez repetant Troiani.	205.b	Saucius praelio inutilis.	152.b
Polymela a Mercurio compressa.	176.b	Saxum ingens una manu iaculatur Hector.	136.a
Polyphemus.	7.b	Scamædrius uenator p̄stans.	48.b
Porta cæli due.	60.b	Scamander fluius qui & Xanthus.	232.a

Sceptrum Agamemnonis.	15.b	Thestoris filius Calchasa	406
Scyphus Achillis.	177.a	Thetis Achilli.	92
Senum est cōsilio z uerbis iu- uare.	43.a	Thetis Iouē a morte liberat.	90.b
Singulare certamen Paridis cum Menelao.	30.b	Thetis Ioui.	11.a
Somnia ab Ioue.	4.a	Thetidis fletus ob mortem Patro- cli z dolorem filii.	201.a
Somnium mittitur ad Agamēno- nem.	14.a	Thetis filio noua arma se ab Vlti- cano impetraturā pmittit.	203.b
Somnium principis non negligē- dum.	15.a	Thetidis ad Achillē uerba.	266.a
Somnus ab Iunone exoratus Ioi- nem soporat.	156.a	Thetis arma ipetrata affert.	212.b
Somnus Iouem timens noctis in- tercessione liberatur.	155.b	Thoe.	201.a
Somnus Pasitheñ adamat.	156.a	Thracēs longas comas hñt.	46.b
Somnus Nep. nuntiat ut dormiē- te Ioue Gracos tutetur.	157.b	Thoantis uerba.	165.a
Speculatores mittuntur uisum qđ agunt Troiani.	108.a	Troiani in aciem prodeunt.	27.b
Spio.	202.a	Troiani uictōres castra Gracōm inuadunt.	130.b
Stentoris uox.	62.a	Troiaī gracoꝝ castra capiūt.	136.a
T alaria Mercurii.	269.b	Troianorum uictoria.	166.a
Talhybius gracōm p̄co.	8.a	Troiani naues Gracōrum oppu- gnant.	167.b
Tamia ancilla Priami.	269.a	Troiane mulieres Palladem pla- catura templum adeunt.	68.b
Tenedo p̄sident Apollo.	10.b	Troiani ignes coniciunt in naues Gracōrum.	175.b
Teucris calliditas.	87.a	Troianorum occisorum numer- us.	179.a
Teucer subter fratris scutum de- litescens plures occidit.	87.a	Troianorum ducum nōs. ibidē	
Teucris Hēctor cōpescit. ibidē.		Troiani a nauibus repulsi fugiunt	179.b
Teucris arcus inutilis reddit.	168.a	Troiani in urbē se recipiunt p̄e- metu.	238.b
Thalia.	202.a	Tros.	223.b
Tamyris fabula.	24.a	Tydeus qualis.	61.a
Themis Iunoni pateram porrigit.	162.a	Tydeci facinora.	61.a
Thersite importunitas ac loqua- citas.	17.b	V bi Niobe sit in saxum defor- mata.	274.b
Thesens.	7.b	Venus Paridem liberat.	35.b
		Venus ad Helenam.	36.a

INDEX I L I A D I S

Venus Aeneam liberans a Diomede vulneratur. 53.b	Vlysses ad Achillem reconciliatum. 215.b
Venus faucibus a Dione matre consolatur. 54.a	Vlysses cum Aiace in palestram descendit. 260.a
Venus decepta Iunoni balneum in quo amores in sunt, tradit. 155.a	Vulcanus cum Iunone 12.b
Venus Hectoris corpus rosaceo et diuino oleo perfudit. 251.a	Vulcanus e caelo deiicitur. 12.b
Venus a Pallade humi strata. 235.b	Vulcanus rideat a diis aliis ob claudos pedes. 13.a
Vinum quod habeat virtutem. 68.a	Vulcanum Thetis ab interitu liberat. 208.a
Virtus hominum coaugmentata pollet. 141.a	Vulcanus rogatu Thetidis Achilli arma cudit. 209.a
Virga Mercurii. 269.b	Vulcanus nouem annis apud Thetidem et Eurenomen moratur. 208.a
Vlysses Chryseidem ad patrem reducit. 8.a	Vulcanus Xanthum cōpescit ne persequi pergat Achille. 234.a
Vlyssis oratio ad Graecos. 17.a	Urbes Iunoni charae. 38.b
Vlysses Therseite. 18.a	Xanthus Hectoris equus. 85.b
Vlysses ad Agamemnem. 18.b, 103.a	Xanthus equus achillis. 219.a
Vlysses describitur. 32.b	Xanthus equus domino suo Achilli loquitur ibidem.
Vlyssis quale genus orationis. 33.a	Xanthus fluvius Ioue genitus. 228.b
Vlysses Troiam uenit repetitum Helenam. ibidem.	Xanthus fluvius Achillem alloquitur 232.a
Vlyssis legati ad Achillem oratio. 96.a	Xanthus fluvius Achillis conati tibus obstat ibidem.
Vlysses Graecorum gloria. 113.a	Xanthus Simoenta et ipsum fluvium inuocat, ut adsit sibi in opprimendo Achille 233.b
Vlyssis in pugna uirtus. 121.b	Xanthus Iunoni supplicat. 234.b
Vlysses e pugna uulneratus excedit. 122.b	
Vlysses Agamemnoni fugam suam denti refragatur. 152.b	

FINIS INDICIS
I L I A D I S.

HOMERI ILIAS
ANDREADIVOIVSTINO
POLITANO INTER
PRETE, AD VER
BVM TRANS
LATA.



*Cum Priuilegio Illustrissimi
Senatus Veneti.*

VENETIIS. M. D. XXXVII.

HOMERI ILLAS

ANDREAE DIVOVSINO

BOLIVNO INTER

RETE AD VER

BOV TRAVE

LATA

VENETIS. M.D. XXXVII

ANDREÆ DIVI IVSTINOPOLITANO

in Homerit rãslationem ad Clarissimum uirum Petrum Paulũ Vergerium, ciuem

Iustinopolitanũ, eiusdemq; urbis

Episcopũ honoratissimum,

Præfatio.



VEM ADMODUM, Sanctissime, ac doctissime uir, summa semper eos laude, summaq; prædicatione extollendos iudicavi, qui suas omnes cogitationes eò dirigunt, idq; unum studiose agunt,

ut sui nominis memoriam aduersus temporis iniuriam uirtutis præsidio tueantur: sic, qui prauis cupiditatibus dediti, uoluptatũq; blanditijs capti, ac deliniti, nihil aliud nisi præsentia considerant, posteritatis nullam curam gerunt, omni sanè contumelia insectandos, neq; magis hominum, quàm pecudum numero habendos esse duxi. Quid enim non dicam turpius, sed flagitiosius esse potest, quàm hanc aciem ingenij, traditam nobis à natura ad præstantissimarum rerum contemplationem, ita præstringi sinere inamissimis splendoris insignibus, ut eam deinde lucem, quæ uerissima est, quæq; uirtutis est propria, intueri nulla ratione possit? Præclara ad decus, & ad laudem instrumenta habemus, animum, & ingenium: sed his abutimur ad deteriora: & appetitui magis, quàm rationi parentes, quæ turpia sunt, laudabilia credimus; itemq; turpia, quæ laudabilia. Veteres autem illi siue philosophi, siue ciuitatum rectores, qui etsi iam pridem mortui sunt, gloriæ tamen laude uiuunt; nũquam essent profecto æternitatem

consecuti, nisi sua omnia & consilia, & facta ad unā uir-
tutem retulissent, eamq; & per se, & propter se expetenc-
dam iudicassent. In qua sentētia cum ego ab ineunte æta-
te fuissē, nulla omnino ratione inductus, tantum ita sua-
dente natura: tum multo magis id sentire cœpi, ex quo,
quid unaquaque in re uel boni, uel mali inessent, iudicare
potui. Et quoniam à sapientissimis uiris ita præcipi uide-
bam, ut non nobis modo nos esse natos meminissē; sed
omnibus, quicumq; iuuari à nobis & possent, & deberēt:
dedi operam diligenter, ut uertendis Græcis auctōribus
bonarum artium studiosis, quantum in me esset consule-
rem. Cuius quidem instituti nostri ratio q̄ feliciter nobis
cesserit, aliorum esto iudicium: nos certe, quod affirmare
non tam libenter, q̄ uere possumus, magna laborum, ma-
gna uigiliarum assiduitate, magna etiam rei familiaris
iactura elaborauimus, ut id, quod iandiu secuti eramus,
aliquando affecti esse uideremur. Quanta id autem fi-
de, ac diligentia, itemq; eorū qui Græce linguæ student,
utilitate præstiterimus, etsi nō arbitror meum esse ut ex-
ponam: tamen illud & dicam, & polliceri non dubitabo:
in hoc ipso uertendi Græcos auctōres studio uel nihil,
uel parum à me esse prætermissum, quod ad uerborum
aut proprietatē, aut etiā lucem attinere uideretur. Quod
siqui erunt, qui non nihil minus eleganter à me latinitate
donatum censeant: his ego ita me excusabo: Primum non
tā me studuisse, ut latinæ linguæ ornamenta, lenocinia uē
ostentarem, quā ut Homeri, cæterorumq; poetarū, quos
hic una opera complexi sumus, lineamenta, quā fidelia-
ter possem, exprimerem; nullis illa coloribus illustrans,
nullo fūco exornans, tantum imaginem ipsam ducens, ac

ueluti carbone notatam ad ueritatem conformās. Deinde
Græcas persæpe figuras reperiri; quarum si uelimus
uerum & rectum sensum latine interpretari, necessario
summum illum ornatum, summamq; uenustatem omitten-
dam esse. Postremo etiam si aliquando defecerim, ut his
quod uolunt elargiar: stare tamen à me doctissimorum ac
sapientissimorum hominum sententiam, à quibus memoriæ
proditum est, qui ad maximas res, maximeq; expetendas
annuum adiecerint, etiam si ad summum illud festigium
non perueniant, posse tamen eos in secundis tertijsq; sub-
sellijs non sine laude consilere. Et hæc quidem, quæ di-
ximus, eò tantum spectant, ut rationē ante actæ uitæ meæ
cum doctis omnibus, tum ciuitati nostræ tibiq; in primis,
si nō probarem, at certe redderem. Te uero VERGERI
Clarissime cuius semper & probitatem, & eruditionem
maxime sum admiratus; unum ex omnibus delegi, cuius
nomini hosce ingenij mei factus consecrarem: non quo te
crederem meorum scriptorum dedicatione celebriorem
posse fieri: (iam enim omni laude ita cumulatus es, ut ad
existimationem tuam accedere nihil possit) sed ut ipsi
mibi, monumentisq; meis, quæ fortasse obscuriora per se
fuissem, tui nominis inscriptione quasi claritatem, & lu-
cem darē. Quis enim est, qui tecum in omni genere lau-
dis comparari merito possit? qui cum Venetijs ita uiueres,
ut omnes te diligerent, pleriq; etiam obseruarent, & cole-
rent: tamen maioris gloriæ cupiditate incēsus; ut ingenij
tui dotes frequentiore, ut ita dicam, theatro spectarentur,
Romam te conferre uoluisti. Quò cum uenisses; pau-
cissimis diebus Clementi. VII. Pont. Max. ita familiaris
es factus, itaq; tibi gratiā tanti uiri ac beneuolentiam cō-

aliam; ut honestissimam ad inuictissimum Regem Ferdinandum legationem ultro tibi detulerit, cum eam petentibus multis antea denegasset. In illo munere quid ego dicam, quam emittuerit lumē ingenij, consilijq; tui? Mediussidius in illo terrarum tractu nemo est, quin cum summis ac uerissimis laudibus in coelum te ferat, tum tui memoriam diligenter sancte q; seruet. Clemente autem defuncto, aduolasti Romam, accitus literis Pauli. III. Pont. Max. cui cum rerum in legatione gestarum rationē prudentissimis uerbis reddidisses; tantum abest, ut in tui locum quenquam sufficiendum censuerit; ut etiā multo maiore, atque ampliore cum potestate remisit. Nam cum ad tollendas hæreses Concilium conuocare decreuisset; uoluit uniuersæ Germaniæ Principes per te conueniri, ut eorum animos diligenter perscrutirere, & super Concilij constitutione sententiā eliceres. Qua re celeriter tuaq; summa cum laude confecta redisti Romam, indeq; Neapolim, Orator item Pōtificis ad Cæsarem. Demum ornatus Episcopatu patriæ tuæ, domum reuersus, otio frueris honesto, & in sacrarum literarum studijs quorum semper amore flagrasti, libentissime conquiescis: imitatus uidelicet maiores tuos, in primisq; doctissimum ac eloquentissimum uirum Petrum Paulum Vergerium, cuius tu & nomen, & uirtutem refers. Fuit autem ille uir clarissimum ætatis suæ lumen, & ornamentum minime uulgare. Claruit in concilio constantiensi centesimum abhinc annum, liberalium omnium disciplinarum bene peritus; ut eius scripta, quæ permulta edidit, testantur. Pontificibus eius Tempestatis gratissimus fuit, itemq; Sigismundo Imp. apud quem etiam decessit; ut à doctissimis uiris

proditum uideo. Quæ quidem licet magna sint, & perpetuo duratura: effecisti tu tamen, & consecutus es singulari uirtute tua, non modo ut nulla maiorum tuorum commendatione indigere uidearis, sed etiam ut illi ipsi propter egregia, quæ in te sunt, & naturæ, & doctrinæ ornamenta clariores apud nos hodie sint. Qua de re cum omnium, qui te norunt, propensissima in te studia cognoscerem: (nemo enim ferè est, qui tantarum laudum admiratione ductus, maxima te & beneuolentia, & obseruantia non prosequatur) facile speraui fore, ut hac unica meorum laborum dedicatione, atq; hoc unico officio, non dicam te, cuius iam pridem inter familiares sum; sed uniuersos ciues meos, quibus tu charissimus es, quam maxime nobis deuincirem. De utilitate uero operis, deq; auctoris commendatione, nihil est, quod dicam; ne lucernam, quod aiunt, ad solem. Finem igitur faciam, si prius à te petam, ut me tui studiosissimum & esse, & semp fuisse tibi persuadeas. Vale deus, atq; ornamentum patriæ tuæ.

*

ANDREAS DIVVS IVSTINOPOLI
TANVS STUDIO SIS GRÆ
CARVM LITERARVM.

Humida nox magnum tenebris obduxerat orbem,
Claraq; fraterno splendebat lumine Phœbe;
Quum fractus animum curis, multumq; labore
Factus hebes, musas hilares pertesus, & ipsum
Præsidet humanis studijs qui pulcher Apollo,
Languida somnifero distendi membra cubili,
Multa mouens animo, quare hic palatia ponat,
Erigat ille pius celsas superantia nubes
Templa Deis, hic munifica det plurima dextra
Munera pauperibus, doctos amet ille Poëtas,
Ieiunans alius maceret sua corpora, & ille
Summittat duris se religionis habennis:
Nempe ut olympiacas diuerso tranſite sedes
Possideam nostri sola est hæc meta laboris.
Hæc mecum reputans, dignum nihil ergo repones?
Vtile nil facies, laudent quod, amentq; nepotes,
Esse quoq; astriferi merearis ut incola Cæli.
Dum mecum hæc, pigris Somni Deus affuit alis,
Vrentes pellens ægro de pectore curas:
Sed mulcere suis mentem & præcordia donis
Non potuit, semperq; mei pars optima sursum
Ipsa ferebatur, suavi nec uicta sopore est.
Sed mihi tunc summus uatum diuinus Homerus,
Qualis erat quondam cum bella horrenda canebat,
Obtulit, & talem sacro dedit ore loquelam.
Quid curis animum maceras? cape robora mentis,

Tolle moras, tibi nempe dabo (si præmia laudis
Exoptas) digni digna argumenta laboris:
Fac totum relegar latio sermone per orbem:
Tu uero coelum, magnamq; merebere laudem.
Hæc dicens abiit, somnus mea membra, mecumq;
Ingenium liquit. tunc atramenta, papirum
Arripui, calamum, uatemq; (ut iussit) Homerum;
Exposui uobis pariter Iuuenesq; Senesq;.
Accipite hoc igitur grato de pectore munus,
Doctaq; Aristophanis: necnon sublimia magnæ
Hesiodi scripta, & quæcunq; Theocritus ipse
Aedidit. Ecce meo uobis de prompta labore
Hæc legite, & memores me in longum tempus amate.
Tum Græca ausonijs miscentes Carmina uerbis
Ornate excultam non uno dogmate mentem.





VLT A quidem sunt Lector opt. officia, quæ præstare in uita mortales debeant: sed tamen diligentius tecum si reputes; nullum magis proprium inuenias: quàm ut homines ipsi ab aliena iniuria sese quantum possint, abstineant, & optime de alijs mereri studeant. Hanc enim uiuendi quasi formulam nõ modo nobis, sed etiã rationis expertibus animantibus parens omniũ natura præscribit. Nam & feras ipsas in suo genere uidemus inter se coniunctissime uiuere, sibi mutuo prodesse, nec nisi in dissimilia scuire. Quo fit, ut minus æquo animo feram quosdam homines, qui ea sunt improbitate, ne dicam animi peruersitate; ut, cum nihil ipsi, quod quidem usui, & ad iumentum uitæ esse possit, cõmissi aut uelint, aut nesciant: aliorum egregios labores, & industriam improbare nõ pudeat. Quid enim (quæso) est, quo magis hominum societas constet, quàm hac ipsa animorum coniunctione, ac mutuis officijs? His etenim mores instituti, his tot artes, tot commoda excogitata: sine quibus uita omnino nulla esse potuisset. Hæc bene, beateq; uiuendi rationem secuti præstantes sapiëntia, & uirtute uiri summo semper studio contendere optimarum literarum prouetus excitare, eosq; in melius prouehere: ex quo plane officio id fructus adepti sunt; quod, dum posteritati consulunt, immortalitatem sibi acquisiuerunt. Quæ enim ætas erit, quæ non summa semp cum obseruantia (ut alios taceam) Homerũ admiretur, & colat? Quamobrem nos,

siue natura ipsa duce impulsif, siue tot uirorum de mortali-
lium uita optime meritorum exēpla æmulati Vatem ip-
sum, quo de pauloante dicebamus, ad uerbum in latinam
orationē uertendum, & summa diligentia typis excuden-
dum curauimus. Quod quidem officium nostrum tametsi
non eramus nescij fore nonnullos, qui fortasse repræhen-
derent: tamen quia uidebamus non inutile eius præser-
tim Poëtæ studiosis futurum: maluimus communi utili-
tati consulere, quàm per paucorum hominum repræhen-
sionem uereri. Qua quidē in re quantum studij adhibue-
rimus, uel illud satis argumento esse potest; quòd, ut tibi
minus negotij foret, quærēti aliquādo, qua pagina quisq;
uersus esset: Latini uoluminis (de Aldinis loquor) nume-
ros cū Græco concordare uoluimus. Ad hæc illud etiā te
Lector opt. admoneo; nos, cum ea sit Græcæ orationis fe-
licitas, ut non possis eam semper totidē latinis uerbis red-
dere: necesseq; sit sæpenumero græcam unam dictionem
pluribus latinis explicare, ubicunq; id ipsum usu uenit:
data opera dictiones eas plures græcam illam significan-
tes unā coniunxisse. Id quod te propterea non ignorare
uoluimus: ne forte aut negligētia nostra, aut Typographo-
rum ignorantia perfectum putares. Reliquū est, ut, si tibi
probatam hanc operam nostram intelligam, non medio-
crem ex hoc labore fructum percēpisse putem, & Aristo-
phanem, Theocritumq; , ac nonnullos alios Græcos poë-
tas propediem in lucem daturum sperem.

Bene vale, & nos ama.

ARGVMENTVM. A. HO-
MERI COMPOSI-
TIONIS.

CHryses sacerdos Apollinis accedit ad nauale
Græcorum uolens redimere filiam suam Chry-
seida. non recuperans autem, sed & cum contu-
melia expulsus ab Agaménone: ꝑcatus ē Apollinem
contra Græcos. Peste autem orta: & multis, ut consenta-
neum est, corruptis: concionē Achilles coëgit. Calchâte
autem aperiente ueram causam, & iubēte Achille pla-
care Deum, Agamemnon iratus altercatus est aduersus
Achillem: & ipsius præmium abstulit Briseida. Is uero
irascitur Græcis. Thetis autem filio precâte cum in cœ-
lum ascendisset petijt a Ioue, ut Troianos supe-
riores faciat. Iuno autem noscēs hoc alter-
cata est aduersus Iouem, quousq; eos
reconciliauit Vulcanus uinū fun-
dēs in poculo aureo. Illi au-
tem reliquum diei con-
uiuantes in som-
num uer-
tuntur.

*

ILIAS HOMERI 3

ANDREA DIVO IUSTINOPO-
LITANO INTERPRETE,
ad verbum translata.

ILIADIS. A. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Alpha, preces Chryseæ, pestem exercitus, odium Regū.



R A M cane Dea Pelidæ Achillis
Pernitiosam: quæ infinitos Achiuis
dolores infixit

Multas at fortes animas inferis misit
Herou, ipsos at laniamta fecit canib
Anibusq; oibus. Iouis aut proficiebat

Ex quo sanè primū diuisi sunt contēdentes (volūtas
Atridesq; Rex uirorum, & diuus Achilles.

Quis nam ipsos Deorum contētionē commisit pugnare?
Latonæ, & Iouis filius. hic enim regi iratus

Morbū p exercitū suscitauit malū: peribant aut populi,
Quoniam Chrysem inhonorauit sacerdotem

Atrides. hic enim uenit celeres ad naues Achiuorum,
Liberaturusq; filiam, ferensq; infinita dona;

Coronas habens in manibus longiaculantis Apollinis
Aureo cum sceptro: & obsecrabat omnes Achiuos.

Atridas autem maxime duos principes populorum.
Atridæq; & alij beneocreati Achiui,

Vobis quidem Dij dent cœlestes domos habentes
Expugnare Priami ciuitatem: bene uero domū reuert.

Filiam autem mihi soluite dilectam: hæc dona accipite:
Venerantes Iouis filium longiaculantem Apollinem.

Tunc alij quidem omnes laudauerunt Achiui
Reuerēdūq; esse sacerdotē et splēdida accipiēda dona.

Chryses
sacerdos.

Sed non Atridae Agamemnoni placuit animo;
 Sed male dimisit grauem & sermonem iussit.
 Ne te Senex concauas ego apud naues comprehendam;
 Vel nunc tardantemq; uel post retro uenientem;
 Non utiq; tibi proderit sceptrum & corona Dei.
 Hanc aut ego non soluam antequam ipsam et senectus inuadat.
 Nostra in domo in Argis procul a patria
 Telam texentem, & meum lectum instruentem.
 Sed abi: ne me irrites; sanus ut redeas.

Sic dixit; timuit autem Senex & obediuit uerbo.
 Ibat autem tacitus iuxta littus multisonantis maris.
 Multum autem postea seorsum iens precubatur Senex
 Apollinem regem: quem pulchricoma peperit Latona.
 Exaudi me argenteu arcu habes, qui Chrysam custodis,
 Cillamq; per diuinam, Tenedoq; fortiter imperas,
 Smintheu: si quando tibi gratum templum coronauit,
 Vel si quando tibi perpinguia crura cremaui
 Taurorum & caprarum: hoc mihi perfice uotum.
 Pendant Danaei meas lachrymas tuis sagittis.

Sic dixit orans. hunc autem exaudiuit Phoebus Apollo.
 Venit autem ex caeli summitatibus iratus cor;
 Arcus humeris habens circumtectamq; pharetram.
 Resonauerunt autem sagittae in humeris irati,
 Ipso moto. ipse autem ibat nocti similis:
 Sedit postea seorsum a nauibus; post hec aut sagittam emisit.
 Terribilis autem clangor factus est argentei arcus.
 Mulos quidem primum inuasit & canes ueloces.
 Sed postea in ipsos sagittam mortiferam immittens
 Iecit. semp aut pyre mortuorum incendebant frequetes.
 Nouem dies quidem per exercitum ibant sagittae Dei.

Reges of
 fenlae ra/
 ro obliui
 scuntur.

Chryses
 ad Apol/
 linem.

Chryses
 ad Apol/
 linem.

Peste la/
 borant
 Graeci.

Decimo autem ad concionem uocauit populū Achilles.
 Huic enim in mentibus posuit Dea albasulnashns Iuno.
 Curā nāq; gerebat Danaorū, quia utiq; moriētes uidee
 Hi aut postq; congregati sunt simulq; cōuenerūt, (bat
 Hos exurgens interfatus est pedes uelox Achilles.
 Atride nunc nos iterum errantes puto
 Retro recessuros, si modo mortem quidem fugiamus :
 Ecce simul bellumq; domat & pestis Achiuos.
 Sed age iam aliquē uatem interrogemus, uel sacerdotē;
 Vel & somniorū interpretē (etenim somniū ex Ioue est)
 Qui dicat, cur tantum iratus est Phœbus Apollo.
 Sive hic supplicationis accusat, sive hecatombes.
 Si forte ouium nidorem caprarumq; perfectarum
 Vult, affecutus nobis pestem auertere.
 Certe hic ita locutus consedit. his autem exurrexit
 Calchas Thestorides augurum longe optimus:
 Qui sciebat & presentia, & futura, & præterita:
 Et nauibus Dux fuit Achiuorum Ilium intra,
 Suā pp uaticinationē, quā ei præbuit Phœbus Apollo:
 Qui ipsis beneficiens concionatus est & interfatus est.
 Achilles, iubes me Ioui dilectē loqui
 Iram Apollinis longēiaculantis regis?
 Igitur ego dico: tu autem paciscere, & mihi iura.
 Certe quidē mihi prōptus uerbis et manibus auxiliari.
 Certe enim puto virum irasciturum, qui ualde omnium
 Argiuorum dominatur, & ei obediunt Achiui.
 Potentior enim Rex quando irascitur uiro inferiori.
 Quauis enim iram & eodem die decoxerit:
 Tamen & postea continet iram, donec perfecerit,
 In peccatoribus suis. tu autem dic si me seruabis.

somnia
 ab Ioue.

Calchas
 uates The
 storis si
 lius.

Hiuc autem respondens allocutus est pedes uelox Achilles:

Achilles
Calchanti

Confusus ualde dic uaticinium quod scis.
Non enim per Apollinē Ioui dilectum, quē tu Calchas
Precatus Danais uaticinia ostendis,
Nemo me uiuente & in terra uidente,
Tibi concuvas apud naues graues manus inferet
Cunctorum Danorum: neq; si Agamemnona dicas,
Qui nunc longe optimus in exercitu iactatur esse.

Calchas
uates cau-
sas pestis
aperit.

Et tunc iam fidit & dixit uates irreprehensibilis.
Neq; hic supplicationis accusat, neq; hecatombes.
Sed gratia sacerdotis quem inhonorauit Agamemnon:
Neq; liberauit filiam, & non accepit dona.
Idcirco dolores dedit longeiaculans, & item dabit.
Neq; hic prius à peste graues manus continebit,
Quam patri dilecto reddatur nigra oculos puella
In emptā sine munere, & ducatur sacra hecatomba
In Chrysam. tunc ipsum forte placantes per suadebimus.
Certe hic ita locutus consedit. his autem surrexit
Heros Atrides late dominans Agamemnon
Contristatus. ira autem ualde præcordia circum nigra
Plena erant: oculi autem sibi igni lucenti similes erant:
Calchanti primū male intuens allocutus est.

Vates malorum nunquam mihi bonum dixisti.

Agamē-
nonis in-
dignatis
uerba.

Semper tibi mala sunt amica mentibus ad uaticinanda.
Bonū autem nondū aliquod dixisti uerbū, neq; p̄fecisti:
Et nunc inter Danaos uaticinans concionaris.
Quod idcirco ipsis longeiaculans dolores facit.
Quoniam ego Puellæ Chryseidis clara dona
Nequaquā uolui accipere: quoniam multum uolo ipsam
Domi habere, etenim Clytemnestrę præposui

Puellari

Puellari uxori: quoniam non ipsa est peior
 Neque corpore, neque ætate, neque mētibus, neque itē opibus.
 Sed et sic uolo dare retro. si hoc est melius.

Volo ego populum saluum esse, non perire.
 Sed mihi præmium statim præparate: ut non solus
 Argiuorum præmiocarens sim: quoniam neque decet.
 Videtis enim hoc oēs quod mihi præmium recedit aliò.

Huic autē respōdit postea pedibus præstās diuus Achilles.
 Atride gloriosissime, auarissime omnium;

Achilles
 Agamē
 noni.

Quomodo. n. tibi dabunt præmiū magnanimi Achiui?
 Neque itē adhuc scimus cōia posita multa. (diuisa sunt.
 Sed partim quæ ex urbibus depredati sumus, partim uero
 Populos autem non decet iterū collecta hæc cōgregare.
 Sed tu quidem nunc hanc Deo permitte. at Achiui
 Triplicia quatrupliciaque remunerabimus: siquē Iupiter
 Dabit urbem Troiam benemuratum debellare.

Huic autem respondens interfatus est Rex Agamemnon.

Agamē
 non Achilles.

Neque sic fortis, quanuis existens Deosimilis Achilles
 Tege mente, quoniā nō præteribis, neque mihi psuadebis.
 Nunquid uis ut ipse habeas præmium, sed me inuanum
 Sedere indigentem? iubes autem me hanc reddere?

Sed siquidem dabunt præmium magnanimi Achiui
 Componentes secundum animum, ut æquale sit.

Si autem non dabunt; ego certe ipse accipiam

Vel tuum, uel Aiakis ueniens, præmium, uel Ulyssis
 Abducam accipiens; ille autem irascetur ad quem ibo.

Sed certe quidem hæc post consultabimus et rursum.

Nunc autem age nauem nigrā trahamus in mare diuū.
 Intus autē remiges idoneos cōgregemus, intus autē hecatōbē

Ponamus. ipsam uero Chryseida pulchrā genas

Ascendere faciamus. unus aut aliq princeps uir cōsultor
 Vel Ajax, uel Idomeneus, uel diuus Vlissēs: (sit
 Vel tu Pelide omnium splendidissime uirorum,
 Ut nobis longeiaculantem places sacra faciens.

Hunc aut torueintuēs allocutus est pedes uelox Achilles.

Achilles
 Agamē-
 noni.

Heu impudentia indute, astute;
 Quo aliquis tibi promptus uerbis obediet Achiuorū;
 Vel uiam ire, uel aduersus uiros fortiter pugnare?
 Non enim ego Troianorum gratia ueni bellicosorum
 Huc pugnaturus: quia nullæ mihi causæ sunt.
 Non enim unq̄ meas boues abegerunt, neq̄ equos:
 Neq̄ unquam in Phthia fertili populosa
 Fructum læserunt: quoniam ualde multi
 Montes umbrosiq̄; intermedij sunt, mareq̄; resonans.
 Sed te ô ualde impudens consequimur, ut tu gaudeas
 Pœnam sumentes Menelao tibiq̄; camino uir aspectu
 A Troianis: quos neq̄ aduertis neq̄ curas:
 Et iam mihi præmium ipse auferre minaris, (uor.
 Super quo multū laboraui. dederunt aut mihi filij Achī
 Non equidē tibi unq̄ æquale habeo præmiū, qñ Achiuū
 Troianorum destruem benehabitatum urbem.
 Sed quidem plus impetuosi belli
 Manus meæ gubernant. sed si quando diuisio uenerit,
 Tibi præmium multo maius. ego aut paruūq̄; dilectūq̄;
 Venio habens ad naues postq̄ laboraui bellans.
 Nunc autem uado Phthiam, quoniam multo melius est
 Domum ire cum nauibus rostratis: neq̄ te puto
 Hic inhonoratus existens diuitias & opes exhausturum.
 Huic autem respondit postea Rex uirorum Agamemnon.
 Fuge ualde, si tibi animus turbatur: neq̄ te ego

Agamē-
 non Achil-
 li.

- Rogo gratia mei manere. apud me & alij,
 Qui me honorabunt: maxime autem prudens Iupiter.
 Inimicissimus autem mihi es à Iouenuititorum regum.
 Semper enim tibi contentioq; amica, bellaq;, pugnaeq;.
 Si ualde fortis es: Deus certe tibi hoc dedit.
 Domum uero iens cum nauibusq; tuis, & tuis socijs,
 Myrmidonibus impera. te autem ego non curo:
 Neq; aduerto irascentem. minabor autem tibi sic.
 Quoniam à me aufert Chryseida Phœbus Apollo;
 Hanc quidem ego cum nauiq; mea & meis socijs
 Mittam: ego autem ducò Chryseida pulchram genas
 Ipse ueniens ad tentorium, tuum præmitti, ut bene scias
 Quanto melior sim te: timeat autem & alius
 Aequalem se mihi dicere & assimilari contra.
 Sic dixit. Pelidæ autem dolor factus est: intus aut sibi cor
 In pectoribus hirsutis bisariam cogitauit:
 An ipsemet ensẽm acutum extrahens à femore:
 Hos quidem fugaret: ipse autem Atridem interficeret.
 An iram sedaret, compesteretq; furorem.
 Donec hic hæc agitaret per mentem & per animum;
 Traxit aut ex uagina magnum ensẽm. uenit aut Pallas
 Cœlitus. præmiserat enim Dea albavlnas Iuno,
 Ambos simul animo amansq; curansq;.
 Stetit aut retro: per flauã aut comã apprehēdit Pelidẽ
 Soli apparens. aliorum autem nullus uidebat.
 Expauit at Achilles. retro aut cõuersus. statim cognouit
 Palladẽ Atheniensem. terribiles autem ei oculi lucebãt.
 Et ipsam uocans uerba alata allocutus est.
 Cur huc Aegiochi Iouis progemes uenisti?
 An ut iniuriam noscas Agamemnonis Atridæ?

Achilles.

Iuno Pal
lades ad
Achilem
mittit.

Sed tibi edico hoc autem & perficiendum puto.

Suis superbis cito tandem animum perdet.

Hunc autem rursus allocuta est Dea caestiosoculohis Minerva

Veni ego sedatura tua iram si modo persuadearis (nerua

Caelitus. premisit autem me Dea albavlnas Iuno

Ambos simul animo diligensque; curansque;

Sed age quiesce a contentione, neque enssem trahere manu.

Sed certe uerbis quidem iniuria affice, sicut erit.

Sic enim edico hoc & perfectum erit.

Et aliquando tibi ter tot aderunt splendida dona

Iniurie causa huius. tu autem cohibere, obtinerepera autem nobis.

Huius autem respondens allocutus est pedes uelox Achilles.

Oportet quidem uestrum Dea uerbum custodire,

Etiam ualde animo iratum. sic enim melius.

Quisquis utique Dijs obtinereperauerit, magis exaudiunt ipsum.

Dixit, & in argenteo manubrio tenebat manum grauem.

Retro autem in uaginam impulit magnam enssem: neque non

Verbo Minerue. hec autem caelum ascendit (obediuit

In domos Aegiochi Iouis ad daemones alios.

Pelides autem iterum contumeliosis uerbis

Atridem allocutus est; & nondum cessabat ab ira.

Vino grauis, canis oculos habens, cor uero cerui.

Neque unquam in bellum unquam cum populo armari,

Neque ad insidias ire cum optimatibus Achiuorum

Ausus es animo: hoc autem tibi mors uidetur esse.

Certe multo melius est per exercitum latum Achiuorum

Dona auferre quicumque tibi contrarium dixerit:

Populi uorator Rex, quoniam uilibus imperas.

Certe enim Atride nunc postremum damnum intulisses.

Sed tibi edico, & super magnum iuramentum iuro.

Pallas
Achilles
monet,
ne Aga-
menone
gladio co-
sodiat.

Achilles
Agamem-
non. inua-
surus gla-
dio a Pal-
lade retra-
hatur.

Achilles
Agamem-
noni.

Certe per hoc sceptrū, quod quidē nunq̄ folia & ramos
 Producet, postq̄ primū incisionē in montibus reliquit,
 Neq̄ puellabit: circū enim gladius decorticauit
 Foliaq̄; & corticem: nunc iterum ipsum filij Achiuorum
 In manibus portant iudices quiq̄; leges

A Ioue hauserunt. hoc autem tibi erit iuramentum.

Certe aliquñ Achillis desyderiū habebit filios Achiuorū
 Vniuersos. his autem non poteris contristatus quanuis
 Prodesse, quando multi ab Hectore homicida
 Morientes cadent: tu autem intus animum lacerabis,
 Iratus, quando optimum Achiuorum non honorasti.

Sic dixit Pelides. sceptrum autem proiecit in terram
 Aureis clavis transfixum. consedit autem ipse.

Achilles
 sceptrum
 humi de
 iicit.

Atrides uero ex alia parte irascebatur. his autē Nestor
 Suauiloquus surrexit suavis Pylionum concionator:
 Cuius & à lingua melle dulcior fluebat sermo.

Nestoris
 oratio.

Huic iam duæ quidem ætates mortalium hominum
 Defecerāt, q̄ cū ipso antea simul nutriti sūt, et geniti sūt
 In Pylo diuina: cum autem tertijs regnabat.

Hic illis beneficiens concionatus est, & dixit.

Ō heu. certe magnus luctus Achiuam terram inuadit.

Certe lætabitur Priamus, Priamiq̄; filij,

Alij q̄; Troiani ualde gaudebunt animo;

Si uos hæc omnia audient decertatos:

Qui quidē cōsilio Danaï antecellitis & pugnā di peri

Sed persuadeamini; ambo autē iuniores estis me. (tia.

Iam enim aliquando ego & cum melioribus quā uos

Cum uiris cōuersatus sum: et nūq̄ me ipsi paruipēderūt.

Non enim unq̄ tales uidi uiros, neq̄ uidebo;

Qualē Pirithoūq̄; Dryanq̄; gubernatorem populorū.

Piritho.
 Dryas

Cænetus
Exadius
Polyphemus
Theſeus .

Cæneaq; , Exadiumq; , & æqualem Deo Polyphemum;
Theſeumq; Aegiden ſimilem immortalibus .

Fortiſſimi iam illi terreſtrium , qui nutriti ſunt uirorū .

Fortiſſimi quidem erant , & cum fortiſſimis pugnant
Gigantibus monticolis , & glorioſe interfecerunt .

Et quidem cum his conuerſabar ex Pylo ueniens

Procul ex Apia terra . uocabant enim ipſi

Et pugnam per meipſum ego . cum illis autem nullus

Eorum qui nunc homines ſunt terreſtres pugnet .

Et quidem mea conſilia audiebam , obediebantq; uerbo .

Sed obedite & uos , quia obedire melius .

Neq; tu ab iſto fortis quauis ſis auferas puellam .

Sed concede ſicut ei primū dederunt præmiū filij Achi-

Neq; tu Pelide uelis contendere regem (uorum .

Contra : quia nunq; ſimilem ſortitus eſt honorem

Sceptrigger Rex ; cuiq; Iupiter gloriam dedit .

Si autem tu fortior eſ ; Dea te generauit mater .

Tamen hic potentior eſ ; quia pluribus imperat .

Atride tu autem compeſce tuam uim . ſed ego

Precor Achillem deponere iram : qui magnum omnibus

Propugnaculum Achiuis eſt belli mali .

Hunc autem reſpondens allocutus eſt Rex Agamemnon .

Agamē / Iti ſanè hæc omnia ſenex ſecundum decens dixiſti .

non Ne / Sed hic autem uir uult ſupra omnes eſſe alios .

Rori . Omnes quidem vincere uult : omnibus & dominari :

Omnibus & præcipere quæ non perſuaſurum puto .

Si autē ipſum bellicoſum fecerunt Diſ ſemper exiſtētes :

Propterea ipſi permittunt contumelias loqui ?

Huic autem interpellato ſermone reſpōdit diuus Achilles :

Achilles , Certe timidusq; & uilis uocari poſſem ,

Sì iam tibi per omne opus subijciar quod dicis .

Alijs iam hæc iube, non enim mihi

Præcipe. non enim me tibi obtemperaturum puto .

Aliud autem tibi dico: tu autem in mentibus mitte tuis:

Manibus quidem non ego pugnabo gratia puellæ,

Neq; tecum, neq; cum alio: quoniam à me aufertis dâtes.

Aliarû aut rerû quæ mihi sunt uelocè apud nauè nigrâ;

Harum nihil utiq; auferes accipiens inuito me .

Sin autem, age, fac periculum, ut cognoscant & hi .

Statim tibi sanguis niger fluet per lanceam.

Sic hi contrarijs contendentes uerbis

Surrexerût: soluerût aut cõcionè apud naues Achiuorû.

Pelides quidem ad tentoria & naues equales

Iuit cunq; Menætiade & proprijs socijs.

Atrides autem nauem uelocem in mare protraxit .

Intus autem remiges elegit uiginti: intus aut hecatombè

Imposuit Deo. supra uero Chryseidè pulchri genâ (ses

Seder fecit ducès: in ea at princeps ascēdit multico silij vlyf

Qui qdè quū ascēdissem in nauigabāt p humidâs uias.

Populos autem Atrides purgari iussit:

Qui purgati sum, & in mare sordes iecerunt.

Sacrificabat autem Apollini perfectas hecatombas

Taurorum & caprarum iuxta littus maris infructuosi.

Nidor autem ad cœlum ibat inuolutus circa fumum.

Sic hi quidè hæc operabant p exercitû: neq; Agamēnō

Cessabat à rixa quam primum minatus est Achilli.

Sed hic Talthybiumq; & Eurybatem affatus est .

(Hi ipsi erant præcones & fortes ministri.)

Abite ad tentorium Pelidæ Achillis,

Manu accipientes ducite Bryseida pulchri genam.

Vlyffes
Chryseidè
ad patrem
reducit.

Talthybi
us et Eury
bates Gæ
corû præ
cones.

Si autem non dabit: ego ipse auferam
 Veniens cum pluribus: quod illi & horribilius erit.

Sic dicens præmisit, forte & uerbum iussit.

Hi inuiti iuerunt iuxta littus maris infructuosi:
 Myrmidonū uero ad tentoriaq; & naues peruenerunt.
 Hunc autem inuenerunt apudq; tentoriū & nauē nigrā
 Sedentem: neq; sanè hos intuitus lætatus est Achilles.

Hi quidem timentes & reueriti Regem
 Steterunt: ne quaq; uero ipsum alloquebant, neq; interro
 Sed hic cognouit suis in mentibus, uocauitq; . (gubant.

Auete præcones Iouis nunciū atq; etiam uirorum:

Achilles
alloquit
præcones
Græcos. Propius accedite; nihil mihi uos culpabiles, sed Agamē
 Qui uos premisit Bryseidis causa puellæ. (non:
 Sed age generose Patrocle educ puellam:

Auferetur
ab Achil
le Bryseis

Et ipsis da ut ducant. uos ipsi autem testes estote
 Coram Dijs beatis, coramq; mortalibus hominibus;
 Et coram rege crudeli, si unquam posthac
 Indigentia mei fuerit indecentem pestem remouere
 Alijs. certe enim hic permittosis consilijs insanit.
 Neq; quicquam nouit intelligere simul ante & retro:
 Quomodo sibi apud naues salui pugnare queāt achiui.
 Sic dixit. Patroclus autem dilecto obediuit socio.

Eduxit autem ex tentorio Bryseida pulchri genam:
 Dedit aut ducere. hi aut retro iuerūt ad naues Achiuorū.
 Illa uero inuita vnà cum his mulier ibat. sed Achilles
 Lachrymans seorsum à socijs statim sedit separatus,
 Littus maris cani respiciens in nigrum pontum.
 Multa aut Matri dilectæ precabatur manus porrigens.
Achilles
matri. Mater postq; me peperisti breuistemporis existentem,
 Honorem mihi debebat Olympius tradere

Iupiter

Iupiter altitonans: nūc autē neq; me paululū honorauit.
 Certe enim me Atrides late dominans Agamemnon
 Inhonorauit: capiens. n. habet prēmium ipse auferens.
 Sic dixit lachrymās. hūc autē exaudiuit ueneranda mater
 Sedens in profunditatibus maris apud patrem senem.
 Statim autem prodijt ex cano mari, uelut nebula:
 Et ante ipsum sedit lachrymantem:
 Manuq; ipsum demulsit, uerbumq; dixit, & denotauit.
 Fili quid fles? quis uero tibi mētem inuadit mœror?
 Dic: ne tege animo, ut sciamus ambo.
 Hāc autem grauiter suspirans allocutus est pedes uelox
 Nosti cur tibi hęc scienti omnia dicam. (Achilles:
 Iuimus in Thebem sacram ciuitatem Eetionis:
 Hanc depopulatiq; sumus, & portauimus huc omnia.
 Et hęc quidē bene diuiserunt inter se filij Achiuorum.
 Elegerunt autem Atridē Bryseida pulchri genam.
 Chryses autē postea sacerdos longeiacientis Apollinis
 Venit ad ueloces naues Achiuorum ferroestitorum,
 Liberaturusq; filiam, ferensq; infinita dona,
 Coronamq; habēs in manibus lōgeiaciētis Apollinis
 Aureo cū sceptro, & deprecabatur omnes Achiuos
 Atridas autem maxime duos principes populorum.
 Tunc alij quidem omnes laudauerunt Achiui,
 Venerandū esse sacerdotē, & splendida accipiēda esse
 Sed non Atridē Agamemnoni placuit animo: (dona.
 Sed male dimisit: forte & uerbum mandauit.
 Iratus autem senex retro abiit. hunc autem Apollo
 Precantem exaudiuit, quoniā ualde sibi amicus erat.
 Misit autem in Argiuos malā sagittam: hi autē populi
 Moriebantur frequentes: ibant autem spicula dei

Thetis
Achilli

Achilles
matri

Gregorij
principes
aduentus

ILIADIS

Quoquo uersus per exercitū latū Achiuorū. nobis autē
 Bñ sciēs cōcionabat uaticinatiōes lōgeiaciētis. (uates
 Statim ego primus iussi Deum placari.

Atridem autē postea ira cepit. Statim autem exurgens
 Minatus est uerbum, quod iam perfectum est.

Hanc quidem. n. cū naui ueloci nigrioculos Achiuū
 Ad Chrysem mittunt: ducunt autem dona regi.

Hanc autē nuper ex tentorio iuerūt præcones ducētes
 Puellam Brisei: quam mihi dederant filij Achiuorum.

Sed tu, si potes, auxiliare filio tuo

Vadens ad cælum Iouem precare, si unq̄ aliquid
 Vel uerbo iuisti cor Iouis uel etiam opere.

Sæpe enim te patris in edibus audiui

Gloriantem, q̄ dicebas facienti nigras nubes Saturnio,
 Sola inter immortales indecentē cladem expulisse:

Quoniam ipsum colligare cælestes uoluerunt alij
 Iuno & Neptunus & Pallas Minerua.

Sed tu hunc profecta dea liberaſti à uinculis.

Statim Centimanum uocās in altum Olympum:

Quem Briareum uocant Dij: uiri autem omnes

Aegeonē. hic. n. rursus potētia proprio patre melior.
 Qui apud Saturnium sedebat superbia tumens.

Hunc & timuerunt immortales Dij, neq̄ ligauerunt.

His nūc illi ī memoriā reuocatis asside et accipe gemmas
 Si aliquo modo uelit Troianus auxiliari.

Hos autem usq̄ ad puppesq̄; & circa mare expellere
 Occisos, ut omnes fruantur rege. (Achiuos

Noscat autem & Atrides late dominans Agamēnon
 Suum detrimentum, q̄ optimum Achiuorū nihili fecit.

Huic respondit postea Thetis lachrymas effundens.

Aufertur
 ab Achil
 le Briseis.

Thetis Io
 nē a mor
 te liberat

Deorum
 aduersus
 Iouē con
 iuratio.

Cēti ma
 nus
 Briareus
 Aegeon.

Thetis si
 No.

Heu fili mi: cur te enutriui in malum pariens?
 Vtinam posses apud naues sine lachrymis, & illæsus
 Sedere: quoniam tibi parca paululū neq̃. multū diu:
 Nūc autē simul citomorturus & erumnosus supra oēs
 Es. idcirco te malo fato peperī in gēdibus.

Hoc autem dictura uerbū Ioui gaudenti fulmine
 Vado ipsa in Olympum valdeniuosum, si persuadeat.
 Sed tu quidem nunc nauibus assidens uelocibus
 Irascere Achiuis: bello autem abstine omnino.

Iupiter enim in Oceanum ad bonos Aethiopus
 Hesternus iuit ad cōuiuiū. Dī autē simul oēs secuti sunt.
 Duodecima autem rursus ueniet ad cælum.

Iupiter &
 conuiuio
 Aethio-
 pum.

Et tunc postea uadam Iouis ad solidam domum.
 Et ipsius gēmbus aduoluar, & ipsum p̃suasurū puto.

Sic utiq̃ locuta abiit. hunc reliquit ibi

Iratum in animo propter formosam mulierem:

Quam ui ab inuito abstulerant. Sed Vlysses

In Chrysem peruenit ducens sacram hecatombē.

Hi quādo iā portū ualde profundū intra peruenerūt,

Vela quidē collegerunt, posueruntq̃ in nauī nigra.

Malum autē in thecā reposuerunt funibus demittētes.

Statim hanc autem in portum protraxerunt remis.

Anchoras iecerunt, ac funibus puppiū ligauerunt.

Verum & ipsi exierunt in littus maris.

Et hecatombem exposuerunt longe iacenti Apollini.

Sed & Chryseis nauī exiuit Ponti grada.

Hanc quidem postea ad altare ducēs prudēs Vlysses,

Patri charo in nauibus posuit: & ipsum allocutus est.

O Chryse p̃misi me rex uirorum Agamemnon:

Filiāq̃ tibi ut ducerem: Phæboq̃ sacram hecatombē

Reddites
 Chryseis
 patri.

unconilla istaq̃ uny rannq̃ b y

Sacrificiarem pro Danais ut placemus regem.

Qui modo Argiuis multisuspirij dolores immisit.

Sic dicens in manibus posuit: hic suscepit gaudens

Filiã dilectã. hi autẽ statim deo gloriosã hecã tobẽ

Deinceps statuerunt bene ædificatum circa altare.

Manus lauerunt autem postea, & molas sumpserunt.

His autem Chryses ualde precabatur manus eleuans.

Audi me argẽteumarcũ habens, qui Chrysen gubernas,

Chryses
ad Apol
linem.

Cillamq; ualde diuinam, Tenedoq; generose imperas.

Iam quidem aliquãdo me antea exaudisti precantem.

Honorasti quidẽ me: ualde autẽ nocuisti populo Achi-

Iam item & nunc mihi hoc perfice desyderiũ. (uorum.

Iam nunc Danais indecentem pestem remoue.

Sic dixit orans. hunc autem exaudiuit Phœbus Apollo.

Apollo
Gracis
placatur.

Sed postq̃ precati sunt, & molas proiecerũt: (riauerũt,

Retro traxerũt quidẽ primũ, & iugulauerũt, & exco-

Femoraq; secuerunt, aruinaq; cooperuerunt.

Dupliciter facientes. super ipsis autẽ cruda posuerunt.

Adolebat aut in lignis incisus senex: in autẽ rubrũ uinũ

Libabat: iuuenis autẽ apud ipsum tenebant uerua quin

que ordines habentia manibus.

Sed postq̃ femora cocta sunt: & uiscera cõderũt

Ac minutatim secuerũt, alia & in uerubus trãsfixerũt,

Assaruntq; accurate, traxeruntq; omnia.

Ceterũbi quieuerũt à labore, preparauerũtq; cõuiuiũ,

Cõuinati sunt: neq; in aliquo aius idiguit cibo æquali.

Sed postquã potus & escẽ desyderiũ eiecerunt;

Pueri quidem crateras coronauerunt uino:

Distribueruntq; omnibus incipientes poculis.

Hi autem totam diem cantu deum placabant:

Pulchrum canentes p̃gana pueri Achiuorum

Canēteslōgeoperātē. hic autē mētē delectabat audiēs.
Quando autem sol occidit, & crepusculum superuenit:
Tunc sanē dormiuerunt in puppibus nauis.

Quā autem manegenita apparuit roseadigitos Aurora:
Et tunc postea recesserunt ad exercitū latum Achiuorū.
His autē cōcitatum uentū misit longeiaculans Apollo.
Hi uero malum erexerūt, supraq; uela alba extēderūt.
Ventus autem perflabat medium uelum circū autē unda
Carinam nigra ualde resonabat naui eunte.

Hęc autem currebat per undam pertransiens uias.
Sed postquā uenerunt ad exercitū latum Achiuorum,
Nauem quidē hi nigrā in continentem traxerunt
In summam harenā, ac sustētacula lōga subextēderūt.
Ipsi autem sparsi sunt per tētoriaq; nauesq;.

Verum hic irascebatur nauibus assidens uelocibus
Generosus Pelei filius pedes uelox Achilles.
- Paphlagones.** *Paphlagonibus* autem præerat *Pylæmenis hirsutum cor*
 Ex *Enetis*, ubi mulorum generatio agrestium.
 Qui *Cytorum* habitabant, & *Sesamum* habitabant,
Circæq; *Parthenium fluuium iclytas* domos habitabāt,
Cromnamq; *Aegialumq;*, & *altos Erythinos*.
- Alixonū principes.** Sed *Alyxonis Dius* & *Epistrophus* imperabant.
 Longe ex *Alybe*, unde argenti est origo.
- Mysiorū principes.** *Mysus* autem *Chromis* imperabat & *Enomus* augur.
 Sed non augurijs liberauit mortem nigram:
 Sed interfectus est à manibus uelocis *Aeacide*
 In fluuio: ubi *Troianos* interfecit & alios.
- Phrygiorum principes.** *Phorcus* rursus *Phrygios* ducebat, & *Ascanius* diuinus
 Longe ex *Ascania*. prompti aut erāt pugna pugnare.
Meonys rursus *Mesthlesq;* & *Antiphus* præerant
 Filij *Pylæmenis*. hos *Gigæa* peperit in palude,
 Qui & *Meonas* ducebant sub *Tmolo* natos.
- Nastes* rursus *Caris* præerat barbarè loquentibus:
 Qui *Miletum* habitabant, *Phtirumq;* montem altum.
Mæandriq; fluxus *Mycalisq;* altas summitates.
 His quidem *Amphimachusq;* & *Nastes* præerant,
Nastes Amphimachusq; *Nomionis* clari filij,
 Qui & aurum habens ad bellū ibat uelut puella
 Stulta: neq; quicquā ipsi hoc remouit grauem mortem
 Sed mortuus est sub manibus uelocis *Aeacide*
 In fluuio. aurum autem *Achilles* portauit prudens.
Sarpedōq; imperabat *Lycijs*, & *Glaucus* irreprehēibilis
 Longe ex *Lycia* *Xanθο* à horticofo.

ARGVMENTVM. T. HOME

RI COMPOSI

TIONIS.

Alexandro prouocante Menelaum in bellum in
dutijs omnium iuramenta fiunt: ad vincentem vi-
rum Helenam accipere & opes Ipsius. Victum autē Ale-
xandrum Venus rapit, & in proprium cubiculum abdu-
cens, accersit a muro Helenam. Hi autem puerfantes in
somnia vertuntur.

ILIADIS
 ILIADIS .T. HOMERI
 COMPOSITIONIS.

Gamma autem circa Helenam solis bellum est maritis.

Compa-
 ratio gru-
 um



Gruū cū
 Pygmeis
 bellum.

ED postq̄ ornati sunt simul cum dīs
 Etoribus singuli,

Troiani quidem sonituq̄; clamoreq̄;
 ibant aues sicut .

Velutq̄; sonitus gruū est cœlitus antes;
 Quæq̄; postq̄; hyemē fugierūt et imē-

Sonitu hæ uolant in oceani fluxibus (sum hymbre

Viris Pygmeis, cædem & fatum ferentes;

Aëriæq̄; hæ malam contentionem ferunt .

Hi autem ibant silentio furorem spirantes Achiui;

In animo prompti auxiliari adinuicem .

Quando montis summitatibus Notus effudit nebulam

Pastoribus nequaq̄ gratam, furi autem nocte meliorē .

Tantum aliquis uidet quantum in lapidem mittit .

Sic horum sub pedibus puluis motus est turbulentus

Venientium, valde .n. celeriter pertrāsierunt campum .

Paridis te-
 meritas

Hi autem quando propè erant adinuicem uenientes,

Troianis quidem in prima acie erat Alexander diuinus

Alexan-
 der pro-
 uocat for-
 tissimū
 quenq̄;

Pellempardi humeris habens, & flexibiles arcus,

Et enses . sed hic lanceas duas acuminatas ferro

Vibrans Argiuorum prouocabat omnes optimos

Contra pugnare in graui pugna .

Hunc postq̄ cognouit bellicosus Menelaus

Venientem ante turbam longe transeuntem .

Compa-
 ratio leo-
 nis.

Sicutq̄; leo gauisus est magno in corpore incidens

Inueniens uel ceruum cornutum, uel syluestrem caprā .

Esuriens ualde enimiq; deuorat, siquidem ipsum
 Impellunt ueloces canes teneriq; iuuenes.
 Sic gauisus est Menelaus Alexandrum diuinum
 Oculis uidens, dixit, n. pumire errantem.
 Statim autem ex curribus cum armis saltauit ad terrā.
 Hunc postq; cognouit Alexander diuinus
 In prima acie apparentem: percussum est charum cor.
 Retro autem sociorum ingentē secessit mortem fugiens.
 Sicut autē qñ aliquisq; draconē uidens retroersus recess
 Montis in profunditatibus tremor suscepit mēbra, (sit
 Retroq; secessit, pallorq; ipsum accepit in genis.
 Sic retro in multitudinem iuit Troianorum superborū,
 Timens Atrei filium Alexander diuinus.
 Hunc autem Hector conuiciabatur uidens turpibus uerbis
 Male Paris specie optime, & effeminate deceptor.
 Utinam deberes nō generatus esse, & sine nuptijsq; pe-
 Et hoc uellē: & quidē multo utilius esset, (ruisse:
 Quam sic nocumentunq; esse & suspectum aliorum.
 Certe cachinnabuntur comati Græci
 Dicentes optimum primum esse: quoniam bona
 Species est. sed nō est promptitudo mētibus neq; aliqua
 Certe talis existens in uelocibus nauibus (fortitudo.
 In pontum nauigans, socios amabiles congregans
 Mistus alienigenis mulierem pulchrā abduxisti
 Ex longinqua terra sponsam uirorum bellicosorum
 Patriq; suo magnū detrimentū, ciuitatiq; toti; populo;
 Inimicis quidem gaudium, tristitiā autem tibi ipsi
 Non expectabis bellicosum Menelaum?
 Cognoscesq; cuius uiri habes teneram uxorem?
 Non tibi iuuabit Venus, & dona Veneris

Tremor
Patidis

Hectoris
reprehensio
in Pa-
ridem

Et coma & species quando in pulueribus mistus eris.
Sed ualde Troiani certe timidi nunc

Paris He
Lapideã indue tunicam malorum gratia quæ fecisti.
Etori.

Hunc rursus allocutus est Alexander diuinus.

Hector, qm̄ me secundū decens obiurgasti neq; prieter
Sēper tibi cor, securis sicut, est indomitum (decens

Quæ immittitur lignum à uiro, qui certe arte

Nauale incidit, auget & uiri desyderium.

Sic tibi in pectoribus intrepida mens est.

Deorum
dona ne
m̄ni o/
biiciēda.

Ne mihi dona amabilia obijcias aureæ Veneris

Non abijcienda sunt deorum gloriosa dona

Quæcūq; ipsi dant, volūtarius aut̄ nō aliquis acciperet.

Nunc autem rursus si me uis bellare & pugnare,

Alios quidem sederescias Troianos & oēs Achiuos,

Singula /
re certa/
men Pa/
ridis; euz
Menelao

Et me in medio & bellicosum Menelaum

Committite pro Helena & opibus omnibus pugnare.

Vter autem uincet meliorq; erit

Opes accipiens bene omnes mulierēq; domum ducat.

Sed alij amicitiam & iuramenta fidelia scientes

Habitate Troiam fertilē. hi autem eant

Argos in equiferū & Achaida pulchras mulieres hntē.

Sic dixit. Hector aut̄ rursus gauisus est ualde uerbū aus

Et in mediū iens Troianorū prohibuit turmas (diens.

Mediam lanceam accipiens. hi aut̄ firmati sunt omnes.

Hunc contra sagittabant comati Achiui.

Sagittisq; uulnerantes lapidibusq; iacebant.

Sed hic longe clamauit Rex uirorum Agamemnon,

Abstinetē Argiui: non iacite iuuenes Achiuorum:

Promittit. n. uerbū dicere galeã ornata habens Hector.

Sic dixit. hi autē abstinuerunt à pugna, mutiq; facti sunt

Cito. Hector autem cum utrisq; locutus est.

Audite à me Troiani & fortes Achiui

Verbum Alexandri, cuius gratia contentio mota est.

Alios quidem iubet Troianos, & omnes Achiuos

Arma pulchra deponere in terra multa pascenti.

Ipsum autem in medio & bellicosum Menelaum

Solos de Helena & opibus omnibus pugnare.

Vter autem uincet, meliorq; erit

Opes accipiens omnes, mulieremq; domum ducat.

Hi alij amicitiam & iuramenta fidelia obseruamus.

Sic dixit. hi autem omnes quiete facti sunt cum silentio.

Hos autem & allocutus est uocē bonus Menelaus.

Audite nūc & me, maxime. n. dolor caput

Animum meum: cogito autem separari iam

Arguios & Troianos, quoniam mala multa passi estis.

Gratia meæ contentionis & Alexandri causa principij.

Nostrum autem utri mors & parca parata est

Morietur. alij autem sepe amini citissime

Portate autē agnum alterum album, alter autē nigram

Terræq; & Soli. Ioui autem nos portabimus alium.

Ducite autem ad Priami uim ut iuramenta faciat

Ipsæ: quoniam eius filij superbi & infidi:

Ne aliquis transgressione Iouis iuramenta lædat.

» Semper autem iuniorum uirorum mentes sunt leues.

» Quibus autem senex aderit simul ante & post

Videbit, ut cito optime cum utrisq; fiat.

Sic dixit. hi autem gauisi sunt Græciq; Troianiq;

Sperantes cessare ab erumoso bello.

Et equos quidem traxerunt ad ordines. exierūt autē ipsi

Armaq; exuerunt, quæ quidem deposuerunt in terra.

Iuuentus
iustabilis

Propè adinuicem pauca. n. erat utrinq; terra
 Hector autem ad ciuitatem duos præcones misit.
 Statim agnosq; portare, Priamumq; uocare.
 Sed hic Thalthibium præmisit Rex Agamemnon
 Naues in concauas ire, & agnum iussit (diuino.
 Portare: hic autè non est non persuasus ab Agamènone
 Iris aut rursus Helenæ albasulnashabenti nuntia uenit.
 Similis cognatæ Antenoridae uxori,
 Quam Antenorides habuit Rex Elicaon
 Laodicem Priami filiarum speciem optimam.
 Hanc autem inuenit in domo, quæ magnâ telâ texebat,
 Duplicem, splendidam: multa aut impinxit certamina
 Troianorūq; bellicosorū et Achiuorū æreatunicâ hñtiū,
 Quæ ipsius causa passi sunt à Martis manibus.
 Propè autem stans allocuta est pedibus uelox Iris.
 Huc ueni nymp̄ha chara ut pulchra opera uideas
 Troianorūq; bellicosorū et Achiuorū æreatunicâ hñtiū,
 Qui prius adinuicem tulerunt lachrymosum martem
 In campo perniciosi cupidi belli,
 Qui iam nunc sedent silentio (bellum enim cessat)
 Scutis inclinati: iuxta autem lanceæ longæ fixæ sunt.
 Sed Alexander & bellicosus Menelaus
 Longis lanceis pugnabunt gratia tui,
 Et uicenti chara uocaberis vxor.
 Sic dicens, Dea dulce desyderium iniecit animo,
 Viriq; prioris & urbis & parentum.
 Statim autem splendidis cooperta uelis
 Iuit ex cubiculo teneram lachrymam defundens;
 Non sola, sed hanc & fumulæ duæ sequebantur.
 Ethra Pithei filia Clymeneq; pulchra.

Iris ad
 Helenā.

Statim autem postea puenerunt ubi scæ portæ erant.
 Hi autem circa Priamum & Panthoum & Thymetem
 Lambumq; Clytiumq; Iceta unum ramum Martis,
 Valogonq; & Antenor prudentes ambo
 Sedebant in populo senes in scæis portis
 Sene etate iam à bello cessantes, sed contionatores
 Boni acadis similes, quæ in sylua
 Arbori insidentes uocem dulcem mittunt.
 Tales Troianorum ductores erant in turre.
 Hi aut postq; igitur uiderunt Helenam in turribus euntē,
 Quiete adiuicem uerba uelocia dixerunt.
 Non reprehensio Troianos & fortes Achiuos
 Talem propter mulierē multo tempore dolores pati.
 Valde immortalibus deabus in uultum similis est.
 Sed & sic talis quamuis existens in nauibus eat:
 Ne nobis filijs in futurum detrimentum relinquat.
 Sic dixerunt. Priamus autem Helenam uocauit uoce.
 Huc ante ueniens dilecta filia sede me,
 Ut videas priorem maritum affinesq; amicosq;.
 (Non mihi causa es, dei mihi causæ sunt
 Qui mihi mouerunt bellum lachrymosum Achiuorū)
 Ut mihi & hunc uirum ingentem denomines
 Quicumq; hic sit Achiuus uir bonusq; magnusq;.
 Certe quidem capite & maiores alij sunt.
 Pulchrum autem sic ego nondum uidi oculis,
 Neq; sic honorabilem, regi. n. uiro similis est.
 Huic Helena uerbis respondit diuina mulierum.
 Reuerendusq; mihi es dilecte socer, timendusq;:
 Utinam debuisset mors mihi placere mala, qñ huc
 Filium tuum sequebar, thalamum fratresq; relinquens,

Comparatio
 cica
 darum

Priamus
 Helenæ.

Agamem
 nonis de
 scriptio

Helena
 spectatrix
 sui certa
 minis et
 narrat
 Priamo
 Græcorū
 ducū no
 mina

ILIADIS

Filiamq; unicam & coętaneam amabilem.
 Sed hæc non euenerunt. hoc & flens liquefacta sum.
 Hoc autē tibi dico quod à me interrogas siue inquiris.
 Hic Atrides late dominans Agamemnon
 Vtrunq; Rexq; bonus, fortisq; pugnator,
 Leuir rursus meus fuit impudicæ si unquam fui.

Sic dixit. hunc senex admirabatur locutusq; est.

O beate Atride fortunate diues

Certe multi interfecti sunt iuuenes Achiuorum

Iam & Phrygiam uenerunt uitiferam.

Illic uidi plurimos Phryges uiros velocesequoshñtes

Populos Otrei & Myndonis diuini,

Qui tunc militabant apud ripas Sangarij.

Etenim ego auxiliator existens cum his electus sum

Die illo, quando uenerunt Amazones uiris resistentes.

Sed non hi tot erant, quot circumspecti Achiui.

Secundo. rursus Vlysssem uidens, interrogauit senex.

Dic age mihi & hunc dilecta filia quicumq; hic est

Minor quidem capite Agamemnonis Atride,

Lator autem humeris & pectoribus ad uidendum.

Arma quidem iacent in terra multos uiros pascente.

Ipsa autem aries sicut inuadit turmas uirorum

Arieti ipsum ego assimilo densa mlanam habenti,

Qui ouium magnum gregem percurrit albarum.

Huic respondit postea Helena Iouis nata.

Hic autem rursus Laërtaides prudens Vlysses,

Qui nutritus est in populo Ithacæ sterilis existentis,

Sciens omnes dolos & consilia prudentia.

Huic autem rursus Antenor prudens contra locutus est.

O mulier certe ualde hoc uerbum uerum dixisti.

Iam

Iam enim & huc quando uerit diuinus Vlysses
 Tui causa nunciationis cum bellicoso Menelao.
 Hos ego hospitatus sum, & in domibus dilexi:
 Amborum & naturam didici & consilia prudentia.
 Sed quādo iam Troianis congregatis misti sum:
 Stantes quidem Menelaus superabat latos humeros
 Ambo autem sedentes: uenerabilior erat Vlysses.
 Sed quando uerba & consilia omnibus texebant,
 Certe quidem Menelaus succinte dicebat.
 Pauca quidē, sed ualde acute, qm̄ nō multorū uerborū:
 Neq; in uerbis peccans, quāuis & ætate posterior erat.
 Sed quando prudens surgeret Vlysses
 Stetit sub autem uidebat in terram oculos figens:
 Sceptrum autem neq; retro, neq; ante mouebat:
 Sed firmum tenebat, imperito uiro similis.
 Diceres iracundum aliquem esse, dementemq; sic.
 Sed quando uocem magnam ex pectore mittebat
 Et uerba niuibus similia hyemalibus:
 Non postea Vlyssi contēdebat homo alius.
 Non tunc sic Vlyssis admirati sumus figuram uidentes.
 Tertium rursus Aiace m̄ uidens interrogabat senex.
 Quis hic alius Achiuus bonusq; magnusq;
 Eximius Argiuorum capite & latis humeris.
 Huic Helena extensas uesteshñs rñdit diuina mulierum.
 Hic Ajax est ingens propugnaculum Græcorum.
 Idomeneus autē ex altera parte in Cretē sibus Deus tāq;
 Stetit: circū autē ipsum Cretē siū ductores cōgregabant.
 Sæpe ipsum hospitatus est bellicofus Menelaus
 Domo in nostra, quando ex Creta ueniebat.
 Nunc autem alios omnes uideo perpulchros Achiuos.

Menelaus & Vlysses
 Helena nam re-
 petitū ue-
 niunt.

Menelai
 oratio
 qualis.

Vlyssis
 oratio
 qualis.

Quos bene cognoscerem, & nomen dicerem.
 Duos autem non possum uidere principes populorum,
 Castoremq; equitatorem, & pugnis bonum Pollucem,
 Fratres, quos mihi una genuit mater.

Castor
 equorum
 domitor

Helena
 fratres
 suos ad
 Troiam
 desiderat

An non secuti sunt Lacedemone ex amabili?
 An huc quidem secuti sunt nauibus in per mare euntibus.
 Nunc nolunt pugnam in ire uirorum,
 Dede proa timetes & reprehensiones multas que mihi sunt?

Sic dixit. hos autem iam tenuit uiuificans terra

In Lacedemone illic dilecta in patria terra.
 Præcones autem à ciuitate deorum ferebant iuramenta fidelia.
 Agnos duos & uinum latum fructum terræ
 Vire in caprino. ferebat autem cratera lucidum
 Præco Idæus, & aureos cyatos.
 Excitabat autem senem astans uerbis.

Excitare iam Laomedontiade, uocant optimi

Alexander
 decernit
 cum
 Menelao
 pugnari.

Troianorumq; bellicosorum, & Achiuorum præaloricantissimum
 In campum descendere ut iuramenta fidelia feriamus
 Sed Alexander & bellicosus Menelaus
 Longis lanceis pugnabunt propter mulierem;
 Et uincentem mulier & opes sequentur.

Et alij amicitiam & iuramenta fidelia ferientes
 Habitemus Troiam fertilem. hi autem eam
 Argum in equos pascens et Achæida pulchram mulierem habentem.
 Sic dixit. timuit autem senex. iussit autem socios
 Equos iungere. hi autem cito obtemperarunt.

Priamus
 in caput
 uenit ad
 percutien-
 dum for-
 dus.

Et ascendit Priamus; habenas extenderat retro.
 Apud autem ipsum Antenor per pulchrum ascendit currum.
 Hi autem per scæas in caput impellebant ueloces equos.
 Sed quando uenerunt ad Troianos & Græcos

Ex equis descendentes in terram multos uiros pascentē:
 In medium Troianorum & Græcorum iuerunt.
 Motus est autem statim postea rex uirorū Agamemnon
 Simul & Vlysses prudens. sed præcones splendidi
 Iuramenta fidelia Deorū cōtulerūt. in cratere aut uinū
 Miscuerunt, & regibus aquam in manus fuderunt.
 Atrides autem trahens manibus gladium,
 Qui apud ensis magnam uaginam semper pendebat,
 Agnorum ex capitibus incidit pilos. sed postea
 Præcones Troianorum & Achiuorū dederunt optimis.
 His autem Atrides ualde orauit manus eleuans.
 Iupiter Pater ab Ida imperans gloriosissime maxime.
 Solq; qui omnia uides, & omnia audis,
 Et fluuij & terra & qui subter laborantes
 Homines punitis quicunq; periurium iurauit.
 Vos testes sitis obseruateq; iuramenta fidelia.
 Si quidem Menelaum Alexander interfecerit:
 Ipse postea Helenam habeat & opes omnes:
 Nos autem in nauibus eamus per mare transeuntibus.
 Si autem Alexandrum interfecerit flauus Menelaus:
 Troiam postea Helenam & opes omnes reddant,
 Honorem & Argiuis reddant quem decet,
 Quiq; & posteris hominibus erit.
 Si autem mihi honorem Priamus Priamiq; filij
 Reddere nollent Alexandro cadente:
 Sed ego & postea pugnabo causa ultionis
 Hic manens, quousq; finem belli accipiam.
 Dixit, & iugulos agnorū abscidit crudeli ense.
 Et hos quidem deposuit in terra palpitantes
 Animo priuatos enim animum abstulit gladius.

Fœderis
 rumpēdi
 ritus.

Fœdus
 scitatur.

ILIADIS

Vinum autem ex cratere exhaurientes poculis
 Effundebam, & supplicauerum Deis semper genitis.
 Sic autem aliquis dixit Achiuorumq; Troianorumq;.

Iupiter gloriosissime maxime & immortales Dei alij
 Vtri priores super iuramenta peccauerint,
 Sic ipsorum cerebrū in terram fluat, sicut hoc uinum
 Ipsorum & filiorum; uxoresq; alijs misceantur.
 Sic dixerunt: neq; adhuc ipsis perficiebat Saturnius
 His autem Dardanides Priamus post uerbum dixit.
 Audite me Troiani & fortes Græci
 Certe ego uado ad Troiam uentosam
 Cito: quia nullo modo tolerabo in oculis uidere
 Pugnantem dilectum filium bellicoso Menelao.
 Iupiter quidem hoc scit, & immortales Dei alij,
 Vtri mortis firmis fatalis sit.

Dixit, & in currum agnos posuit diuinus uir,
 Et ascendit ipse ualde, & habenas trahabat retro.
 Apud autem ipsum Antenor per pulchrū ascēdit currū.
 Hi quidem retrogradi ad Troiam abierunt.
 Hector autem Priami filius, & diuinus Vlysses
 Locum quidem prius mensurabant, & postea
 Sortes in galea græca mouebant accipientes:
 Vter prius mitteret græam hastam.

Populi autem supplicabant Deis, & manus eleuabant.
 Sic autem dicebat Achiuorumq; Troianorumq;.

Iupiter pater ex Ida imperans gloriosissime maxime
 Vter hæc opera inter utrosq; composuit:
 Hunc da corruptum ire domum inferni intra:
 Nobis autem rursus amicitia & iuramēta fidelia fieri.
 Sic dixerūt. mouebat at magnus galeā ornatahñs Hector

Retrouidens: Paridis autem cito fors exiuit.
 Hi quidem postea sedebant ad ordines ibi unicuiq;
 Equi in altum pedes leuantes & uarie gata arma iacebant.
 Sed hic circa humeros induit arma pulchra
 Diuinus Alexander Helenę maritus pulchricomę:
 Tibialia quidem primū circa tibias posuit
 Pulchra argenteis fibulis adaptata.
 Secundo rursum thoracem circa pectora induit
 Sui fratris Lyconis: adaptauit autem ipsi.
 Circa autē humeros posuit ensem argenteos clauos hñtem
 Aereum. sed postea scutum magnūq; fortemq;.
 Capite autem in forti galeam benefactam posuit
 Cauda equina ornata: grauiiter autē crista desuper nutabat.
 Accepit autem fortē lanceā quę ipsi manibus cōgruebat.
 Sic autē eodem modo Menelaus bellicosus arma induit.
 Hi autem postq̄ igitur utrinq; multitudinis armati sunt:
 In medium Troianorum & Gręcorum iuerunt
 Grauiiter aspicientes: stupor autem habuit inspicientes
 Troianosq; equitatores, & bene ocreatos Achiuos.
 Et propē steterunt mensurato in loco
 Quatientes lanceas adinuicem irati.
 Prius autem Alexander proiecit longam hastam:
 Et percussit Atridę scutum undiq; equale:
 Neq; rupit æs: reflexus est enim eius cuspis
 Scuto in forti. hic autem secundus excitatus est ferro
 Atrides Menelaus supplicans Ioui patri.
 Iupiter Rex da puniri qui me prior mala fecit
 Diuum Alexandrum, & meis sub manibus doma,
 Ut aliquis timeat & posterorum hominum
 Hospitantem mala facere, qui autem amicitia præbet.

Dixit, & uibrans proiecit longam lanceam,
 Et percussit Priamidę scutum undiq; æquale.
 Per quidem scutum penetrauit lucidum fortis lancea,
 Et per thoracem ualde ornatam firmata est.

Contra autem apud ile scidit camisiam
 Lancea. hic autę inclinatus est, & euitauit mortę nigrą.
 Atrides autę trahens ensem argenteosclauos habentem
 Percussit eleuatus galeę conum: circum autem ipsum
 Tripliciterq; & quadrupliciter fractus excidit manus.
 Atrides autem plorauit uidens in cælum latum.

Menelai
 oratio
 ad Iouę.

Iupiter Pater nullus Deorum perniciosior alius
 Certe dixi puniri Alexandrum malicię.
 Nũc autę mihi in manibus fractus ę ensis, autę mihi lancea
 Emissa est manu uana, neq; percussit ipsum.

Dixit, & irruens mihi galea apprehendit equina
 Traxit & uertens ad fortes Gręcos.
 Suffocabat autę ipsum acu pictũ lorũ tenerą sub gulą:
 Quod ipsius sub mento lorum extensum erat galeę.
 Et traxisset, & magnam accipisset gloriam;
 Nisi cito intellexisset Iouis filia Venus,
 Quę ipsius rupit lorum bouis fortiter occisi.
 Vacua autem galea simul sequebatur manu pingui.
 Hanc quidem postea heros inter fortes Achiuos
 Iecit, uoluens: portauerunt autem amabiles socij.
 Sed hic retro irruit interficere iratus
 Lancea gręa: hunc rapuit Venus

Venus
 Alexan/
 drum li/
 berat.

Facile ualde tãquą Dea: coopuit autę obscuritate multaz.
 Sedere fecit in cubiculo odorifero fumigato.
 Ipsa rursus Helenam uocatura iuit, hanc autem inuenit
 Turri in alta: circa autem Troianę abunde erant.

Manu autem immortalis uestis quatijt accipiens:

Anni autem ipsam similis antiqueꝝ allocuta est

Lanamtrahenti: quæ ipsi Lacedemone habitanti.

Exercebat lanas bene: ualde enim ipsam diligebat.

Huic ipsam similis allocuta est diua Venus.

Huc ueni, Alexander te uocat domum uenire.

Ille hic in cubiculo, & uersatilibus lectis,

Pulchritudineq; splendens & uestibus: neq; diceres

Viro pugnantem hunc uenire: sed à tripudio

Uenire: uel à tripudio cessantem sedere.

Sic dixit. huic autem animum in pectoribus commouit.

Et postquã igitur cognouit Deꝝ pulchrum collum,

Pectoraq; suauia, & oculos splendentes;

Stupuitq; postea, uerbumq; dixit, & denominauit.

Felix cur me hæc cupis decipere?

An alicubi me ulterius ciuitatum bene habitatarum

Duces: uel Phrygiæ uel Meoniæ amabilis:

Siquis tibi & illic amicus diuersilinguorum hominum:

Quoniam nunc diuinum Alexandrum Menelaus

Vincens, uult odiosam me domum ducere?

Propter hoc iam nunc huc dolum cogitans aduenisti?

Sede apud ipsum uadēs, Deorum autem relinque uias:

Neq; tuis pedibus uerses cælum:

Sed semper circa illum in erumnas sis, & ipsum serua,

Donec te uel uxorem faciet, uel hic seruam.

Illuc autem ego non ibo (uituperabile enim esset)

Illius parans lectum: Troiamq; autem me postea

Omnes uituperabūt: habebō aut̄ dolores multos anima.

Hanc autem irata allocuta est diuina Venas.

Ne me irrites misera: ne irata te relinquam.

Greꝝ
anus He/
lenę fidif
sima co/
mes.

Venus
ad Hele/
nam.

ILIADIS

Sic autem te odio habebō, sicut nunc mirabiliter dilexi.

Medio autem utrorunq; consultabo odia pernicioſa

Troianorū & Danaorū: tu autem malā mortē peribis.

Sic dixit. timuit autem Helena Iouis filia.

Iuit autem cōperta ueste candida splendida

Silentio: omnes autem Troianas latuit: preibat autē Deas

Quæ quando Alexandri domum pulchram uenerunt,

Ancillę quidem postea uelociter ad opera uertebant.

Hæc autem in altum cubiculum ibat diua mulierum.

Huic autem sedem capiens amansrisum Venus

Contra Alexandrum Dea deposuit, ferens.

Vbi sedebat Helena filia Iouis Aegiochi

Oculos retro inclinans, maritum autē increpauit uerbo.

Venisti ex bello, utinam debuisses illic perire

Viro interfectus forti, qui meus prior maritus fuit.

Certe quidem antea gloriabaris bellicoso Menelao

Tua ui, & manibus, & lancea fortior esse.

Sed ualde nunc prouoca bellicosum Menelaum

Rurſus pugnare contra: sed te ego

Cessare iubeo: neq; flauum Menelaum

Contra bellum bellare, & pugnare

Stulte: ne cito ab ipso lancea interfectus sis.

Hanc autem Paris uerbis respondens allocutus est.

Nō me mulier difficilibus accusationibus animū lædas.

Nunc quidem enim Menelaus uincit cum Minerua:

Illum autem rurſus ego: nam Dei adsunt & nobis.

Sed age amicitia gaudeamus dormientes.

Non enim unquam me sic amor mentes complexus est:

Neq; quando te prius Lacedemone ex amabili

Nauigabam in per portum tranſeuntibus nauibus,

Paris res
spondet
Helena.

Insula in Cranea, mistus sum amicitiaq; & lecto

Sicut te nunc amo, & me dulce desyderium capit.

Dixit, & præibat in lectu: iens simul aut sequebat uxor.

Hi quidem in pulchris dormiebant lectis.

Atrides autem in multitudinem ibat feræ similis,

Sicubi uideret Alexandrum diuinum:

Sed nullus poterat Troianorū inclytorumq; auxiliatorū

Ostendere Alexandrum tunc bellicosø Menelao.

Non quidem enim amicitia abscondisset, si quis uidisset.

Aequaliter. n. ipsis omnibus odio erat morte nigra.

His autem locutus est Rex uirorum Agamemnon.

Audite me Troiam & Dardani, & auxiliatores:

Victoria quidem uidetur bellicosi Menelai:

Vos autem candidam Helenam, & opes cum ipsa

Extra date, & honorem redite quem decet.

Quiq; & futuris in hominibus erit.

Sic dixit Atrides: laudabant autem alij Achini.

Helena
ad Paris
de in cu
biculo in
troare co
acta a
Venere

Agamem
nonis
oro ad
Troia
nos.

ARGVMENTVM. Δ. HOME

RI COMPOSI

TIONIS.

Visum est Dijs vt Iliuz caperetur. Quapropter Mi-
nerua quidem Menelaum iaculis peti a Pandaro
fecit. Et sic confusis foederibus, Machaon quidez
medetur Menelao. Agamemnon autem abiens exerci-
tum hortatur ad bellum. Concilio autem facto multi
vtrinq; trucidantur.

ILIADIS. A. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Delta Deorum concio, iuramentorum fusio, Martis principium



Ii autem apud Iouem sedentes concio
nabantur

Aureo in pauimento: in ipsis autem
ueneranda Hebe

Nectar ministrabat: hi autem aurei s
poculis

Excipiebant sese mutuo, Troianorum ciuitate inspicentes.
Continuo conabatur Saturnides irritare Iunonem
Mordacibus uerbis, deceptorie loquens.

Duę quidem Menelao adiutrices sunt Dearum,
Iunoq; Argiua, & potens Minerva.

Atqui ipse seorsum sedentes inspicentes

Gaudete, huic autem rursus amansrisum Venus

Semper adest, & ipsius mortes repellit:

Et tunc saluauit putantem mori.

Sed uictoria quidem bellicosi Menelai.

Nos autem consultabimus quomodo erunt hæc operas

Vel rursus bellumq; malum & pugnam grauem

Excitabimus: uel amicitiam cum utrisq; iaciemus.

Si autem sic hoc omnibus gratum & iucundum site

Omnino quidem habitetur ciuitas Priami Regis:

Retro autem Argiuam Helenam Menelaus abducit.

Sic dixit. hæc autem subsannauerunt Minervaq; & Iuno:

Propinquæ hæc sederunt; mala autem Troianis excogitabant,

Certè Minerva tacita erat, neq; aliquid dixit

Irata Ioui patri; ira autem ipsam grauis tenebat.

Deorum
concio.

Hebe deo
rum pin
cerna

Iupiter
cum dijs
locatur.

ILIADIS

Iuno autem non continuit in pectore irā: sed allocuta est.
 Molestissime Saturnide quale uerbum dixisti?
 Quomodo vis uanum facere laborem, & imperfectum
 Sudorem quē sudauit labore? laborauerunt et mihi equū
 Populum congreganti Priamo mala huiusq; filijs
 Fac. sed nequaquā omnes laudabimus Dei alij.

Iunonis
 cū Ioue
 allocutio

Hæc aut valde suspirās allocutus est nebularū cōgregator
 Infelix, quid te Priamus Priamiq; filij (Iupiter.

Tantis malis afficiunt, ut continue irascaris
 Troiæ de prædari benedificatam urbem?
 Si autem tu intrares portas, & muros longos,
 Crudum comederes Priamum Priamiq; filios,
 Aliosq; Troianos. tunc demum iræ medereris.

Fac quomodo vis. non hæc contentio imposterum
 Tibi & mihi magna lis cum ambobus erit.

Aliud autem tibi dico. tu autem in mentibus pone tuis,
 Quando & ego promptus ciuitatem depopulari
 Quam uolo, ubi tibi dilecti uiri nati sunt,
 Ne detineas meam iram, sed me sine.

Etenim ego tibi dedi uolens nolenti animo.

Quæ enim sub soleq; & cælo stellifero

Habitantur ciuitates terrestrium hominum,

Harum à me præcipue & corde honoratur Troia sacra

Et Priamus & populus bellicosi Priami.

Non. n. mihi vnq; altare indiget conuiuio æquali

Libamē toq; nidoreq;. hunc. n. sortiti sumus honorē nos.

Huius autē rēspōdit postea bouinos oculoshñs uenerāda Iuno

Iuno q̄s
 vrbes ma
 xime dile
 xerit.

Certe mihi tres qdē multo dilectissimæ sunt ciuitates,

Argusq; Sparteq; & latasuias habens Mycenæ;

Hæc destrue quando tibi odio erunt in animo.

Has non ego ante sto neq; inuideo.

Quamuis enim inuideremq;, & non sinerem destruere,
Nihil perficiam inuidens, quoniam multo potentior es.

Sed oportet & meum ponere laborem nō imperfectum.

Nam & ego dea sum. genus autē mihi illinc unde tibi.

Et me venerandam genuit Saturnus versutus.

Vtrunq; generationemq;, & quoniam tua uxor

Sum uocata. tu autem omnibus immortalibus imperas.

Sed certe quidem hæc cedamus adinuicem,

Tibi quidem ego, tu autem mihi. nam insequetur Di; alij

Immortales. tu autem quamprimum Mineruæ iube

Ire in Troianorum & Achiuorum pugnam grauem,

Tentareq; vt Troiani inelytos Achiuos

Incipiant priores super iuramenta lædere.

Sic dixit. neq; non persuasus est pater uirorūq; deorūq;.

Statim Mineruam uerba uelocia allocutus est.

Cito ualde in exercitum uade ad Troianos & Achiuos

Tentare, ut Troiani gloriosos Achiuos

Incipiant priores super iuramenta lædere.

Sic dicens concitauit ante promptam Mineruam.

Descendebat autem ab olympi summitatibus promicans

Qualem autem stellam misit Saturni filius uersuti,

Vel nautis signum uel exercitui lato populorum

Splendidam: huius autem multæ scintillæ mittuntur.

Huic similis emicauit in terram Pallas Minerua.

Desiliit autem in medium. stupor autem tenuit inspiciētes

Troianosq; equorūdomitores et beneocreatos Achiuos.

Sic autem aliquis dixit intuens in propinquum alium

Vel rursus bellumq; malum & pugna grauis

Erit. uel amicitiam cum ambobus statuit

Pallasua
det rup /
t ionē fœ
derum.

ILIADIS

Iupiter, qui hominum custos belli factus est.
 Sic aliquis dixit Achiuorumq; Troianorumq;
 Hæc aut uiro similis Troianorū deuenit ad multitudinē
 Laodoco Antenoridae forti bellicoso
 Pandarum diuinum quærens sicubi inueniret:
 Inuenit Lycaonis filium irreprehensibilemq; fortemq;
 Stantem: circa autem ipsum fortes turmæ scutorum
 Populorū, qui ipsum secuti fuerāt ab Aesepi fluctibus.
 Propè autem stans uerba uelocia allocutus est.
 Certè mihi credas Lycaonis fili prudens,
 Si tolerares Menelao mittere uelocem sagittam,
 Ab omnibus utiq; Troianis gratiā & gloriā auferres
 Ex omnibus autem maxime ab Alexandro Rege
 Ab eo sanè omniū prima splē dida dona ferres,
 Si uiderit Menelaum bellicosum Atrei filium
 Tuo telo interfectum pyram conscendentē dolorosam.
 Sed age iaculo pete Menelaum gloriosum,
 Voue autem Apollimi in Lycianato glorioso in arcu
 Agnorū primogenitorū sacrificare gloriosam hecatōbē
 Domum rediens sacræ in ciuitate Zeliæ.

Sic dixit Minerua. huic autem mentes stulto psuasit.

Pādarus
 fœdus
 uiolat.

Statim eduxit arcum benepolitem in altum euntis capre
 Agrestis, quam quondam ipse sub pectore offendens
 Petra exeuntem obseruans in insidijs (tram.
 Vulnerauit ad pectus. hæc aut supina cecidit supra pe-
 Huius cornua ex capite sexdecim palmorū nata erant.
 Et hæc quidem fabricans cornuapoliens coaptauit faber
 Totum autem benepoliens aureā apposuit extremitatē:
 Et hunc quidem bene deposuit intendens, ad terram
 Inclinans: ante autem scuta tenebant boni socij

Ne prius cōsurgerem bellicosi filij Achiuorum, (uorū
 Quam uulneraret Menelau bellicosus princeps Achī-
 Sed hic extraxit operculū pharetræ: accepit autē sagittā
 Nouam, pennatam, nigrorum sustentaculū dolorum.

Statim autem in neruo aptauit amarā sagittā.

Supplicauit autē Apollini in Lyciana to in clyto in arcu
 Agnorū primogenitorū sacrificare gloriosam hecatōbē
 Domum rediens sacræ in ciuitate Zeliæ.

Traxit autē simul cōcauitatē sagittæq; accipiens et nerua
 Neruū quidē māme admouit: arcui autē ferrū. (bouina
 Sed postq; circulare magnum arcum tendit,

Sibilauit arcus, neruū autē ualde resonuit. saltauit autē sa-
 Acuta ad multitudinē cadere promptā. (gitta

Neq; tui Menelæi Dy beati obliti sunt

Immortales: prima autem Iouis filia prædatrix

Quæ ante stans sagittā mortiferā repressit:

Quæ tm̄ quidem prohibuit à corpore, quantū qñ mater
 A filio prohibet muscam quando dulci dormit somno.

Ipsa autem rursus direxit ubi anguli fibulæ

Auræ coniungebantur, & duplex iacebat thorax,

Cecidit autem in cingulo bene compacto amara sagittā.

Per quidem cingulum transiit pulchrum,

Et per thoracem ualde pulchrum adhæsit, (hastarū

Balteūq; quē portabat custodiā corpis propugnaculum

Qui ipsum plurimū custodiebat, fixa autē est & p̄ ipsū.

Extremū autē sagittā perstrinxit corpus uiri.

Statim autem fluxit sanguis niger ex uulnere.

Sicut autem qñ aliqua ebur mulier purpura tingit

Meonia uel caria frenum futurum equorum,

Iacet autem in thalamo, multiq; ipsum optarunt

ILIADIS

Equites portare. Regi autem iacet ornamentum.
 Vtrunq; ornatusq; equo, aurigæq; gloria.
 Talia tibi Menelae tincta erant sanguine crura
 Bene nata tibiæ & tali pulchri subter.
 Horruit autem deinde Rex uirorum Agamemnon,
 Postq; uidit nigrum sanguinem defluentem ex vulnere.
 Horruit autem & ipse bellicosus Menelaus:
 Postq; aut vidit neruumq; & cuspidem extra existentē,
 Iterum ei animus in pectoribus congregatus est.
 His autē grauiter suspirans locutus est Rex Agamēnon
 Manu tenens Menelaum: suspirabant & socij.
 Dilecte frater, in mortem certe tibi fœdera percussi
 Solū statuens pro Achiuis cum Troianis pugnare. (runt.
 Sic te percusserunt Troiani, & iuramēta fidelia cōculcaue
 Nō quidē aliquo mō uanū erit iuramētū sanguisq; agno
 Libaminaq; imperfecta et dextræ quibus cōfidimus. (rū
 Si quidem. n. & statim cœlestis non perficit
 Et tarde pficiet, cumq; magnitudine dabunt pœnas
 Cum proprijs capitibus uxoribusq; & filijs.
 Bene. n. ego hoc scio secundū mentē et secundū animū.
 Erit dies quando aliquando peribit Ilium sacrum,
 Et Priamus, & populus bellicosi Priami.
 Iupiter autē ipsis Saturni des altis sedens in æthere habitās
 Ipse quatiet letalem ægida omnibus,
 Hac deceptione iratus. hæc quidem erunt nō imperfecta.
 Sed mihi grauis dolor tui erit o Menelae
 Si moriaris, & fatum adimpleueris vitæ,
 Et redar guendus desyderabile Argos petam.
 Statim. n. recordabuntur Achiui patriæ terræ:
 Et iactationem Priamo & Troianis relinquemus
Argiuam

Arguam Helenam. tui autem ossa putresciet terra
 Iacentis in Troia imperfecto in opere.
 Et aliquis sic dicet Troianorum superborum
 Sepulchro insultans Menelai gloriosi.
 Utinam sic in omnibus iram perficiat Agamemnon,
 Sicut & nunc uanum exercitum duxit huc Achiuorum.
 Et iam iuit domum dilectam in patriam terram
 Cum uacuis nauibus relinquens bonum Menelaum.
 Sic aliquando aliquis dicet, tunc mihi hiscat lata terra.
 Hunc autem confortans allocutus est flauus Menelaus.
 Confide, ac nequid perterrefacias populum Achiuorū.
 Non in letali loco acuta fixa est sagitta, sed ante
 Custodiuit cingulumq; uarium & subter
 Loricaq; & balteus quem fabri erarij fecerunt uiri.
 Huic autem respondens interfatus est rex Agamemnon.
 Si enim iam sic esset dilecte ò Menelae,
 Vulnus autem medicus tractabit, & imponet
 Medicamina, quę sedabunt nigros dolores.
 Dixit, & Talthybiū diuinum præconem allocutus est.
 Talthybi quā uelocissime Machaonem huc uoca
 Virum Aesculapij filium irreprehensibilis medici;
 Ut uideat Menelaum bellicosum principem Achiuorū,
 Quem aliquis sagittans percussit arcum bene sciens
 Troianorū uel Lyciorū. huic quę gloria: nobis autē dolor.
 Sic dixit: neq; ei præco non obediuit audiens, (bentiū,
 Incedebat autē ut iret ad populū Achiuorū greāloricāha
 Circūspiciens heroa Machaonem. hunc autē cognouit
 Stantem. circum autem ipsum fortes turme scutatorum
 Populorū, qui ipsam secuti sunt Trice ex equospascēte.
 Propē autem stans uerba uelocia allocutus est.

Surge Aesculapiade, uocat rex Agamemnon.
 Ut uideas Menelaum bellicosum Atrei filium.
 Quem aliquis sagittans percussit arcuum bene sciens
 Troianorum vel Lyciorum. huic quod gratia, nobis autem dolor.
 Sic dixit. huic autem animum in pectoribus commouit.
 Incedebat autem ut iret ad turmam per exercitum latum Achiuorum.
 Sed quando iam uenerunt ubi flauus Menelaus (optimi
 Percussus erat; circum autem ipsum congregati erant quique
 Circum quoque. hic autem in medijs astitit equalis Deo uir.
 Statim autem ex cingulo bene compacto traxit sagittam.
 Huius autem tractem retro fractem sunt acutem auriculae.
 Soluit autem ipse cingulum uarium et subter
 Loricamque et balthcum, quem fabri et rari fecerunt uiri.
 Sed postquam uidit uulnus ubi cecidit amara sagitta
 Sanguinem abstergens, mitia medicamina sciens
 Sparxit: quae eius quondam patri dilecta doctus praebuit
 Donec hi circum laborabant uocem bonum Menelaum, (Chiron.
 Interim Troianorum turmae irruerunt bellicosorum.
 Hi autem rursus arma aggressi sunt. recordati sunt autem
 Tunc non dormitantem uideres Agamemnona diuum, (pugnae.
 Neque timentem, neque nolentem pugnare;
 Sed ualde properantem pugnam in gloriosam.
 Equos quidem enim dimisit et currus uarios et,
 Et hos quidem seruus seorsum tenebat flantes
 Eurymedon filius Ptoemaei Piridae.
 Huic ualde multa iussit iuxta tenere quando ipsum
 Membra accepit labor multos gubernantem;
 Sed hic pedester existens uersabatur per turmas uiuorum,
 Et quos quidem properantes uidebat Danaorum uelocium,
 Hos ualde hortabatur assistens uerbis.

Machiō
 Menelaū
 curat.

Agamē
 non suos
 partim
 laudans,
 partim in
 crepans,
 in bellum
 hortatur.

Argui nullo modo dimittite strenuam fortitudinem.
 Non enim in mendacijs pater Iupiter erit auxiliator.
 Sed qui priores fœdera leserunt,
 Horum certe ipsorum tenerū corpus uultures comedēt.
 Nos autem rursus uxoresq; dilectas & infantes filios
 Ducemus in nauibus postquā urbem ceperimus.
 Quos rursus dimittentes uidebat odiosum bellum,
 Hos ualde obiurgabat iratis uerbis.
 Argui in sagittis fatigati; opprobriofosi, non erubescitis?
 Cur sic statis stupidi sicut cerui?
 Qui postquā fessi sunt multo campo currentes
 Steterunt, neq; aliqua ipsis in mentibus fit fortitudo.
 Sic uos statis stupidi, neq; pugnatis.
 An expectatis Troianos propè uenire ubi naues
 Tractę sunt bonas puppeshntes albi in littore maris,
 Ut uideatis si uobis porrigat manum Saturnius?
 Sic hic imperans uersabatur per turmas uirorum.
 Venit autem ad Cretenses iens per cohortes uirorum.
 Hi autem circa Idomeneum sapientem armabantur.
 Idomeneus autē i prima pugna apro similis fortitudinē.
 Meriones autem ei ultimas mouebat acies.
 Hos autem uidens letatus est rex uirorum Agamēnon.
 Statim autem Idomeneum allocutus est mellifluis.
 Idomenee supra quidē te honoro Danaos celeresequos ha
 Et quidem in bello, & alio in opere, (bentes
 Et in conuiuio quando honoratum nigrum uinum
 Arguorum qui optimi in crateres miscent.
 Siquidem enim alij comati Achiui
 Diuisum bibunt; tuum autem plus poculum semper
 Stetit, sicut mihi bibere quando animus iubet.

ILIADIS

Sed surge in bellum qualis antea iactabaris esse.

Idome/
neus A/
gamem/
noni.

Hūc rursus Idomeneus Cretēsiū ductor cōtra allocutus ē.

Atride ualde quidem tibi ego coniunctus socius

Ero, sicut prius promisi & annui.

Sed alios moue comatos Achiuos

Vt uelocissimè pugnemus, quoniam iuramētā cōfuderūt

Troiani; quibus rursus mors, & dolores in futurum

Erunt, quoniam priores iuramenta læserunt.

Sic dixit. Atrides autem abiuit lētatus cor.

Venit autem ad Aiaces iens per cohortes uirorum.

Hi autē armabantur. simul autē nubes sequebat pedestriū.

Sicut quando à specula uidit nebulam caprarius uir

Venientem à mari à Zephyri flatu:

Huic autem longè existenti nigra, sicut pix

Videtur ueniēs à mari, ducit autem procellam multam,

Riguitq; uidens subq; speluncam impulit oues.

Tales simul Aiacibus diuinorum iuuenum

Hostile in bellum densq; mouebantur phalanges

Nigræ scutisq; & lanceis horrentes.

Et hos quidem lētatus est uidens rex Agamemnon:

Et ad ipsos uociferans uerba uelocia allocutus est.

Aiaces Argiuorum ductores q̄reamloricam habentium

Vos quidem (non enim decet) commouere non iubeo.

Ipsi enim ualde populum iubetis fortiter pugnare.

Vtinam enim Iupiterq; pater & Minerua & Apollo

Talis omnibus animus in pectoribus esset.

Hoc cito caderet ciuitas Priami regis

Manibus nostris captaq; destructaq;.

Sic dicens hos quidem reliquit illic. iuit autem ad alios,

Vbi hic Nestorē inuenit sonorū Pyliorū cōcionatorē,

Suos socios componentē & cōcitantem ad pugnandum.
 Circum magnum Pelagonda Alastoraq; Chromiumq;
 Emona q; Crionta, Biantemq; pastorem populorum.
 Equites quidem primum cum equis, & currubus.
 Pedites autem à tergo constituit, multosq; & fortes
 Vallum esse belli: debiles autem in medio inclusit,
 Ut & non uolens aliquis necessitate pugnaret.
 Equitibus quidem primum iussit. hos enim iussit
 Suos equos tenere, neq; turbari in multitudine,
 Ne autem quis equitatuq; & uirilitate confusus
 Solus ante alios promptus sit cum Troianis pugnare.
 Neq; recedat. imbecilliores enim eritis.
 Quicūq; autē uir à suis currubus alios currus pueniret,
 Lancea pugnet; quoniam multo melius sic.
 Sic & antiquiores ciuitates & muros destruxerunt,
 Hanc mentem, & animum habentes in pectoribus.
 Sic senex excitabat, diu bellorum bene sciens.
 Et hunc quidem letatus est uidens rex Agamemnon.
 Et ipsum uociferans uerba uelocia allocutus est.
 O senex utinam sicut animus est pectoribus amicis,
 Sic tibi genua sequerentur; uis autem tibi firma esset.
 Sed te senectus conterit, quam deberet aliquis
 Virorum alius habere; tu autē iunioribus participare.
 Huic, respondit postea honoratus eques Nestor.
 Atride ualde quidem ego uellem & ipse
 Sic esse, ut quando diuum Ereuthalionem interfeci.
 Sed non simul omnia Dei dederunt hominibus.
 Si tunc iuuenis fui, nunc rursus me senectus cepit.
 Sed & sic equitibus interero & iubebo
 Consilio & uerbis. hic enim honor est senum.

Nestor
 suos ad
 prelum
 instruit, &
 quid fa-
 ctendum
 eis sit, edo-
 cet.

Nestor
 Agamē-
 noni.

Dū non
 omnia ū
 mul dede-
 runt ho-
 minibus

senū est,
 cōsilio &
 uerbis iu-
 uare.

Hastas autem iaculantur iuniores: qui me
Iuniores nati sunt confiduntq; potentia.

Sic dixit. Atrides autem abiit letus cor.

Inuenit filium Petei Menestheum percussorem equorū
Stantem. circū autem Athenienses periti belli.

Sed hic propè stabat prudens Vlysses.

Apud autem Cephaliēsum circū turmę nō imbecilles
Stabant: non enim ipsis audiebat populus belli.

Sed nuper concitatę mouebantur phalanges
Troianorūq; bellicosorū & Græcorū. hi aut expectātes
Stabant, quando turma Achiuorū alia uemens
Troianorum concitaret & inciperet bellum.

Hos autem uidens acutusauit rex uirorum Agamēnon:
Et ipsos uociferans uerba uelocia allocutus est.

O filij Petei à Ioue nutriti regis.

Et tu malis dolis ornate astute

Cur trepidantes longe statis? expectatis & alios?

Vobis quidem conuenit inter primos existentes
Stare, & pugne ardenti occurrere.

Primi enim & conuiuij auditi estis mei,

Quando conuiuium optimatibus paramus Achiui:

Tunc amicas assatas carnes comedere, & pocula

Vinū bibere dulcis, ut uolebatis.

Nunc autem libenter uidetis, ac si decē turmę Achiuorū

Vos ante pugnarent forti erere.

Hunc autem torue aspiciens allocutus est prudēs Vlysses.

Atride quale te uerbum fugit septum dentium?

Quomodo dicis bellum negligere quando Achiui

In Troianos equorūdomitores cōcitamus acutū martē.

Videbis si uolueris, & si tibi hęc curę sunt

Telemachi dilectum patrem in prima acie uersantem
 Troianorum bellicosorum. tu autem hæc uana dicis.
 Hunc autem ridens allocutus est rex Agamemnon
 Postquã cognouit iratum. rursus autẽ hic cœpit uerbũ.
 Generose Laërtaide ingeniose Vlysses,
 Neq; te accuso ualde, neq; iubeo.
 Scio enim quod tibi animus in peccatoribus amicis
 Mitia consilia scit. hæc enim sapis, quæ ego.
 Sed uade, hæc autẽ in futurũ cõaliabimus. siquid malũ
 Dictum est. hæc autem omnia Diuana ficiant. (nunc
 Sic dicens, hos quidem liquit illic: iuit autem ad alios.
 Inuenit autem Tydei filium magnanimũ Diomedem
 Stantem inq; equis, & curribus coniunctis.
 Apud autem ipsum stabat Sthenelus Capanei filius;
 Et hunc quidem accusauit uidens rex Agamemnon.
 Et ipsum uociferans uerba uelocia allocutus est.
 Heu Tydei fili prudentis e quorum dormitoris.
 Cur times? cur & aspicias belli transitus?
 Non quidem Tydeo sic amicum timere erat.
 Sed multum ante dilectos socios inimicis pugnare.
 Sic dixerunt qui ipsum uiderunt laborantẽ. nõ. n. ego
 Interfui, neq; uidi: supra autem alios dicunt fuisse.
 Certe quidem enim sine bello intrauit Mycenas
 Hospes cum diuino Polynice populum congregans.
 Qui tunc militabant sacros ad muros Thebæ.
 Et ualde supplicabant dare gloriosos adiutores.
 Hi autem uolebant dare, & laudabant sicut iubebant;
 Sed Iupiter uertit monstruosa signa ostendens.
 Hi autem postquã igitur iuerunt, & uiam confecerunt
 Asopum aut uenerunt profundos iuncostrẽ herbosum.

Agamẽ/
 non ad
 Diome/
 dem.

ILTADIS

Tunc rursus nuntium ad Tydeum miserunt Achiui.
 Sed hic iuit. multos autem inuenit Cadmienses
 Conuiuentes in domo potentię Eteocleę.
 Tunc neq; hospes existens equitator Tydeus
 Timbat solus existens multis cum Cadmensibus.
 Sed hic ad certandum prouocabat: omnia aut uincebat
 Facile. talis ei auxiliatrix erat Minerva.
 Hi autem irati Cadmei stimulatores equorum
 Retro redeunti densas insidias iuerunt ducentes
 Iuuenes quinquaginta. duo autem ductores erant
 Meon Aemonides similis immortalibus
 Filiusq; Autophoni Menepolemus luporum occisor.
 Tydeus quidem, & his indecentem mortem inmisit.
 Omnes interfecit. unū autem solum sciuit domū redire:
 Meona utiq; præmisit Deorum signis per suasus.
 Talis erat Tydeus Aetolius, sed filium
 Generauit se ipso peiorem pugna, cōcione aut meliorē.
 Sic dixit. hunc nihil allocutus est fortis Diomedes
 Verecundatus regis increpationem uenerandi.
 Huic autem filius Capanei respondit gloriosi.
 Atride, ne mendacia sciens aperta dicas.
 Nos patribus te meliores gloriamur esse.
 Nos & Thebę sedem cepimus septem portarum
 Pauciozem populum ducentes sub murum Marti sacrū
 Confisi signis Deorum, & Iouis auxilio.
 Illi autem proprijs stultitijs perierunt.
 Quā obrē ne meis patribus unq; simlē iponas honorē.
 Hunc autem toruē uidens allocutus est fortis Diomedes
 Hem silentio sede, meoq; aquiesce sermone:
 Nō enim ego succenseo Agamēnoni pastori populorū

Commouenti ad pugnandum beneocreatos Achiuos.
 Huic quidem. n. gloria simul sequetur, si Achiui
 Troianos debellauerint, acceperintq; Ilium sacrum.
 Huic autem rursus magnus dolor Achiuis destructis.
 Sed age & nos curam habeamus strenuæ fortitudinis.
 Dixit. & ex currubus cum armis saltauit in terram.
 Grauitèr autem sonuit æs in pectoribus Regis
 Excitati quo generosum etiam timor cepit.
 Sicut autem qñ in littore multum sonantis unda maris.
 Consurga densa Zephiro submouente.
 Ponto quidem primum attollitur; sed postea
 Terra fracta multum sonat, circa autem extremitates
 Gibbosa existens eleuatur: expuit autè salis asperginem.
 Sic tunc densæ Danaorum mouebamur phalanges
 Incessanter ad bellum. iubebat aut suis unusquisq;
 Ductorum. alij autem quietè ibant: neq; diceres
 Tantum populum sequi habentem in pectoribus uocem
 Silentio timentes Duces. circum autem omnes
 Arma ornata splendebant, quæ induti ordine ibant.
 Troiani autem sicut oues locupletis uiri in aula
 Infinitæ stant mulctæ lac album,
 Indesinenter balantes audientes uocem agnorum.
 Sic Troianorum clamor per exercitum latum eleuabat.
 Non. n. omnium erat unus rumor: neq; una uox: (uiri
 Sed linguæ mistæ erāt. ex multis locis cōuocati aut erāt
 Instigabat aut hos qdè Mars, illos aut cæsos oculos hñs
 Terrorq; et timor et cōtētio isaciabiliter furēs (Minerua
 Martis homicidæ soror sociaq;.
 Quæ parua quidem primum attollitur: sed postea
 Cælo firmavit caput, & in terra ambulat.

Compa-
 ratio un-
 darum &
 corruis.

Cōpara-
 tio ouiu.

Cōtētio-
 nis descri-
 ptio.

Quę ipsi & tunc litem simile iniecit in medio
 Veniens per turmam augens suspirium uirorum.
 Hi autem quę iam in locum unum coeuntes uenerunt;
 Coniecerunt scuta simul & lanceas & robora uirorum
 Aeream thoracem habentium. sed scuta umbilicata
 Admouebant inter ipsos; multus autē tumultus eleuabat.
 Tunc autem simul genitusque; & exultatio fuit uirorum
 Percipientiumque; & percussorum. fluebat autē sanguine terra.
 Sicut quę torrentes fluij à montibus fluentes
 In mitionem simul mittunt fortem aquam
 Fontibus ex magnis concauam intra uallem:
 Horum autē procul sonum in montibus audiebat pastor.
 Sic horum mistorum fuit clamorque; timorque;
 Primus autē Antilochus Troianorum interfecit uirum armatum
 Bonum inter primasacies Thalysiadem Echepolum:
 Quem percussit primus galeę in cono equinos crines desos
 In autē fronte fixit. penetrauit autē os intra (habentis
 Cuspis aerea. hunc autē tenebrę in oculis cooperuerunt.
 Cecidit autem sicut quando turris in forti pugna.
 Hunc autem cadentem pedibus accepit Rex Elephenor
 Chalcodonciades magnanimorum princeps Abantium.
 Extraxit autem ex sagittis promptus ut cito
 Arma predaretur, paululum autem ei fuit cupiditas.
 Mortuum. n. trahentem uidens magnanimus Agenor
 Latera, quę ei inclinanti apud scutum manifesta erant.
 Vulnerauit hasta aerea; soluit autem membra.
 Sic hūc quidē reliquit aius. circa ipsum autē pugna facta
 Difficilis Troianorum & Achiuorum. hi autē lupi sicut (est
 Inter ipsos irruerunt. uir autem uirum occidebat.
 Tunc percussit Anthemionis filium Telamonius Ajax.

Iuuenem florentem Simoisium, quem quondam mater
 Ab Ida descendens apud ripas Simoëntis
 Genuit, cum parentes simul secuta esset oues ut uideret.
 Huius gratia ipsum uocauerunt Simoisium, neque parētibus
 Alimenta charis reddidit; paucum autē ei tempus
 Fuit, ab Aiace magnanimo lancea interfecto.
 Primū. n. ipsum uenientē percussit pectore apud mamillā
 Dextram: ex aduerso autem per humerū ærea lancea
 Iuit. hic autem in pulueribus humū cecidit alnus tāquā,
 Quæ in humiditate paludis magnæ nata est
 Plana: sed eius rami excelso nati sunt:
 Hanc quidem carpentarius uir micanti ferro
 Excidit, ut circumferentiā inclinet per pulchro currui.
 Hæc quidem sitanda iacet fluuij apud ripas.
 Talem Anthemidem Simoisium interfecit. (racē
 Ajax generosus. hunc autē Antiphus habens pulchram tho
 Priamides in multitudine iaculatus est acuta lancea.
 Hunc quidem præterijt. hic autē Leucū Vlyssis bonū sociū
 Interfecit, in guine mortuū ex altera pte trahētē.
 Cecidit autē circa ipsum. mortuus autē eius excidit manu.
 Hoc autem Vlysses ualde animum interfecto iratus est.
D iis absentibus a pugna Græci multos interficiunt Troianorum. Heleno autem consulente, Hector in ciuitatem vadit, & matri iubet Hecubæ precari Minerviam: & promittere ei duodecim bouum sacrificiū, vt Diomedem abesse faciat a pugna. Interim autem existentibus ipsis in campo Glaucus, & Diomedes recognoscentes paternam amicitiam mutant arma inter se. Hector autem loquens matri Hecubæ, & vxori Andromachæ, cū fratre Alexandro in bellū exeunt.

COMPOSITIONIS.

Zitu autem, Andromachæ & Hectoris est colloquium.



Troianorum autē sola erat, & Achiuorum pugna grauis.

Multum autem huc & illuc ferebatur pugna per campum,

Interse iacentibus æreas lanceas,

In medio Simoëtis, et Xáthi fluctuū.

Aiæx aut primus Telamonius propugnaculū Achiuorum

Troianorum rupit phalangem, lumenq; socijs fecit,

Virum interficiens qui optimus in Thracibus erat,

Filium Euffori Acomanta bonumq; magnumq;.

Hunc percussit primus galeæ in cono ex equinis crinibus

In aut fronte fixit, penetrauit aut os intra (densæ;

Cuspis ærea, hunc autem tenebra oculos cooperuit.

Axylum autem interfecit uocem bonus Diomedes

Teuthranidem; qui habitabat benedificata in Arisba,

Diues uictu, amicus autem erat hominibus.

Omnes enim amabat uia in domo habitans.

Sed ipsum nullus horū tunc adiuuauit grauē in mortē

Ante succurrens; sed ambos in animum priuauit

Ipsū & seruum Calesum, qui tunc equorum

Erat auriga. hi autem ambo terrā ingressi sunt.

Dresum autem Euryalus, & Opheltium interfecit.

Iuit aut ad Aesepū, & Pedasum quos quondā nympha

Nais Abarbarea peperit eximio Bucolioni.

Bucolion autem erat filius splendoris Laomedontis,

ILIADIS

Antiquissimus generatione, obscurū aut peperit mater.
 Pascens autem in ouibus mustus est a micitia, & lecto.
 Hæc autem grauida gemellos peperit filios.
 Et quidem horum dissoluit fortitudinē, & splēdida mē.
 Mecistiades, & ab humeris arma prædatus est. (bra
 Astyllum autem interfecit fortis in bello Polypætes.
 Pyditem uero Vlysses Percosium interfecit
 Lancea ærea. Teucus autem Aretæonem diuum.
 Antilochus autem Ablerum interfecit lancea lucida
 Nestorides. Elatum uero Rex uirorum Agamemnon.
 Habitabat autem Satrioëntis late fluentis apud ripas
 Pedasum altam, Phylacum autē interfecit Leitus heros
 Fugientem, Eurypylus aut Melanthium interfecit.
 Adrestum autem postea uocem bonus Menelaus
 Viuum cepit. equi enim fugientes per campum
 Ramo in læsi myricino curuum currum
 Eregerunt in primo timone, ipsi quidem iuerunt
 Ad ciuitatem, ubi alij fugientes timebant.
 Ipse autem ex curru apud rotam reuolutus est
 Pronus in pulueribus in os, apud aut ipsum stetit
 Atrides Menelaus tenens longam lanceam.
 Adrestus autem postea accipiens precatus est genua.
 Viuum cape Atrei fili. tu aut digna accipe præmia.
 Multæ autem in diuite patre opes iacent,
 Aesq; aurumq; multilaborisq; ferrum:
 Horum tibi donabit pater infinita dona,
 Si me uiuum audiuerit in nauibus Achiuorum.
 Sic dixit, huic autem animum in peccatoribus per sua sit,
 Et iam ipsum cito futurus erat ueloces in naues Achiuorum,
 Ut daret suo seruo deducere: sed Agamemnon
 Obuius

Obuius uenit currens, et simul uocās uerbū allocutus ē.
 O timide, o Menelaë, cur autem tu misereris sic
 Virorum, certe tibi optima facta sunt in domo
 A Troianis, horum neq̄ aliquis fugiet grauem mortem
 Manusq̄; nostras, neq̄ aliquem uentre mater
 Puerum existentē feret, neq̄ aliquis fugiet: sed simul oēs
 Cum Ilio deperditi erunt, neglecti, & obscuri.

Sic dicens, uertit fratris mentes heros
 Decentia admonens: hic autem à se expulit manu
 Heroëm Adrestum: hunc autem rex Agamemnon
 Vulnerauit in uentre, hic autē collapsus est: Atrides autē
 Calce in pectoribus iens euulsit fraxineam lanceam.

Nestor autem Argiuis iussit longe uocans,
 O amici heroës Danaï famuli Martis,
 Nullus nunc exuijs insistens postea retro
 Maneat, ut plurima ferens ad naues eat:

Nestor so-
 cios ad-
 monet.

Sed uiros interficiamus: postea autem & hæc quieti
 Cadauera per campum prædabimur mortua.

Sic dicens, cōcitauit fortitudinem, & aium unius cuiusq̄.
 Tunc rursus Troiani bellicosus ab Achiuis
 Ilium ascendissent impotentis domiti;
 Nisi Aeneæq̄; & Hectori dixisset astant
 Priamides Helenus augurium eximie optimus.

Aeneaq̄; & Hector, quoniam labor uobis maxime
 Troianorum, & Lyciorum impositus est, quoniã optimi
 Omnem in gubernationem estis bellareq̄; scireq̄;
 State illic & populum inhibete ante portas
 Quoquo uersum eūtes potius quã in manibus mulierū
 Fugientes cadere; inimicis autem gaudium fieri.

Sed postquã phalanges moueritis omnes:

Nos quæ aduersus Danaos pugnabimus rursus manentes
 Quauis ualde consumpti. necessitas enim urget.
 Hector sed tu ciuitate ingredi. dic autem postea
 Matri tuæ & meæ, hæc autem conduces sacrificia
 Templo Mineruæ glaucos oculos habentis in arce summa
 Aperiens claue portas sacræ domus,
 Vestem quæ ei uidebitur gratiosissima & maxima
 Esse in domo, & ei longe charissima ipsi,
 Ponere Mineruæ in genibus pulchras comas habentis:
 Et ei promittere duodecim boues in templo
 Iuuenos indomitos sacrificare: si misertus fuerit
 Ciuitatiq; & Troianorum uxoribus, & paruulis filijs:
 Si Tydei filium remoueat Ilio ab sacro
 Sæuum bellicosum fortem peritum timoris:
 Quem iam ego fortissimum Achiuorum dico esse.
 Neq; Achillem unquam sic timuimus principem uirorū,
 Quem dicunt ex Dea esse. sed hic ualde
 Furit: neq; aliquis ei potest robore esse similis.
 Sic dixit. Hector autem nihil à fratre non persuasus est.
 Statim autem ex curribus cum armis saltauit humum
 Vibrans acutas lanceas p̄ exercitū iuit quoquoersum
 Concitans ad pugnandum. suscitauit aut pugnā grauem.
 Hi autem reuersi sunt & contrarij steterunt Achiuis:
 Argiui autem retrocesserunt, cessarunt autem à cæde.
 Dixerunt autem aliquem immortalem ex cælo stellato
 Troians auxiliaturum descendisse. sic uersi sunt.
 Hector autem Troians iussit longe loquens.
 Troiani magnanimi longe uocatiq; socj
 Viri estote amici: re cordamini autē strenuæ fortitudinis,
 Donec ego uadam ad Ilium, & sembus.

Dicam consultatricibus & nostris uxoribus

Dæmones orare, promittereq; hecatombas.

Sic dicens abiit galeam pulchram habens Hector.

Circū at ipsum talos uerberabat et ceruicē coriū nigrū

Circuitus qui ultimus currebat scuti umbiculosi.

Glaucus autem Hippolochi puer & Tydei filius

In medium amborū conuenerūt prompti ad pugnadū.

Hi autem quādo iam propè erant contra inter se eūtes

Hunc prior allocutus est uocem bonus Diomedes.

Quis autem tu es fortissime mortalium hominum?

Non enim unquam uidi pugna in gloriosa

Prius, sed quidem nunc multum processisti omnium

Tua confidentia: quia meam longam lanceam sustines.

Infelicium autem filij meę fortitudini obuiam.

Si autem aliquis immortalium à cælo uenisti:

Non ego Deis cælestibus pugnabo.

Neq; enim neq; Driantis filius fortis Lycurgus

Diu fuit qui Deis cælestibus contendebat.

Qui aliquando furiosi Dionysij nutrices

Concitabat in sacro Nisseo: quæ simul omnes

Sacra humum defuderunt ab homicida Lycurgo

Verberatæ stimulo. Dionysius autem terrefactus

Ingressus est maris in undam: Thetis autē suscepit sinu

Timentem, fortis enim tenebat tremor uiri uociferatiōe.

Huic quidem postea irati sunt Dei facile uiuentes:

Et ipsum cæcum fecit Saturni filius, neq; item diu fuit:

Quoniam immortalibus odio erat omnibus Deis.

Neq; ego beatis Deis uolo pugnare.

Si autē aliquis es mortaliū qui campi fructū comedūt,

Propè ueni ut cito mortis fines uenias.

Diomedes &
Glauci
cōgressus

Diomedes
Glauci
co.

Lycurgus
a dijs ex
cæcatus.

Glaucus
Diome-
di. Hunc autem rursus Ippolochi allocutus est illustris filius.
Tydide magnanime cur generationem interrogas?
Qualis foliorum generatio, talis & uirorum.

Homi-
nes **iron**
dibus **ac**
folijs **fr-**
miles. Folia quidē uētus humū fundit. alia autem sylua
Virescens producit. ueris autem succrescunt tēpore.
Sic uirorū generatio. hęc quidē nascit: illa autē desinit.
Si autem uis & hęc intelligere, ut bene scias
Nostram generationem: multi autem ipsam uiri sciunt.
Est ciuitas Ephyra secessu Argi equospascentis.
Hic autem Sisyphus fuit, qui ditissimus fuit uirorum,
Sisyphus Aeolides, qui Glaucum generauit filium.
Sed Glaucus peperit eximium Bellerophontem.

Bellero-
phontis
fabula. Huic autem Dei pulchritudinēq; & fortitudinē desyde
Dederunt. sed ei Prætus mala cogitauit animo: (rabilē
Qui ex populo expulit, quoniam multo melior erat
Argiuis. Iupiter enim eius sub sceptro domuit.
Huic autem uxor Præti insaniuit diuina Andia
Occulta amicitia misceri. sed hunc non
Persuasit bona scientem, prudentem Bellerophontem.
Hęc autem falsa Prætum regem allocuta est.
Morieris ô Præte, uel interfice Bellerophontem,
Qui mihi uoluit amicitia misceri nolenti.
Sic dixit. hunc autem regem cholera cepit quale audiuit.
Interficere quidem fugiebat. uenerabatur enim animo.
Misit ipsum Lyciam. præbuit autē hic literas perniciosas,
Scribens in tabula plicata perniciofa multa.
Ostendere autem iussit suo socero ut periret.
Sed hic iuit Lyciam Deorum sub bona missione.
Sed quando iam Lyciam uenit Xanthumq; fluentem,
Prompte ipsum honorauit rex Lyciæ late:

Nouem diebus hospitatus est, et nouē boues sacrificauit.
 Sed quā iam decima apparuit roseos digitos hñs Aurora,
 Et tunc ipsum interrogauit, & petijt literas uidere:
 Quas eius genero à Præto ferebat.

Sed postquā literas malas suscepit generi.

Primum quidem Chimeram inexpugnabilem iussit Chimer
ra.
 Interficere. hæc autem erat diuinū genus neq; hominū.

Ante leo, post autem draco, media autem capra,

Grauem spirans ignis fortitudinem ardentis.

Et hanc quidem interfecit Deorum signis confusus.

Secundo iterum Solymis pugnare gloriosis.

Fortissimam hanc pugnam dicebat fecisse uirorum.

Tertio rursus interfecit Amazonas uiragines.

Huic redeunti densum dolum alium texuit

Secernens ex Lycia lata uiros optimos

Collocauit insidias. hi autem nō rursus domū redierūt:

Omnes enim interfecit eximius Bellerophontes.

Sed quando iam cognouit genus bonum existentem,

Illic ipsum detinuit. dedit autem hic filiam suam;

Dedit & ei honoris regni dimidium omnis.

Et quidem Lycij agrum diuiserunt eximium aliorum

Bonum plantatione, & aruo ut coleret.

Hæc autem peperit tres filios prudenti Bellerophonti

Ixandrumq; & Ippolochum, & Laodomiam.

Laodomie quidem acubuit consiliarius Iupiter.

Hæc autem peperit diuinum Sarpedona bellicosum.

Sed quando iam & ille odio fuit omnibus Deis,

Hic in campo erratico solus errabat

Suum animum corrodens, consortium hominū fugiens.

Ixandrum eius filium Mars insatiabilis belli

Pugnantem Solyms interfecit gloriosis.

Hanc autē irata aure ashabenashabens Diana iterfecit.

Hippolochus autē me genuit, et ex hoc dico genus esse.

Misit autē me ad Troiam, & mihi ualde multa iussit.

Semper optima facere & eximium ex se aliorum

Neq; genus patrum dedecorare qui ualde optimi

Inq; Ephyra geniti sunt & in Lycia lata.

Huius generationis & dicor sanguinis esse.

Sic dixit. lætatus est autem uocem bonus Diomedes.

Lancēā quidem defixit in terra multa pascente.

Sed hic suauibus allocutus est pastorem populorum.

Certe mihi hospes paternus es antiquus.

Oeneus enim aliquādo diuinus eximiū Bellerophōtem

Hospitatus est in domibus uiginti diebus detinens.

Hi autem & inter se dabant dona bona.

Oeneus quidem cingulum dedit rubedine lucidum.

Bellerophontes autem aureum poculum rotundum.

Et ipsum ego dereliqui proficiscens in domibus meis.

Tydeū autē non recordor, qm̄ me adhuc paruulū exntē

Reliquit, quādo in Thebis perijt populus Achiuorum.

Quare nūc tibi quidē ego hospes amicus Argo medio

Sum. tu autē in Lycia qn̄ harum ad populum ueniemus.

Lancēis autem inter nos euitemus & per pugnam.

Multi quidem enim mihi Troiani inclytiq; socij

Interficere quem Deus præbeat & pedibus inueniam.

Multi autem rursus tibi Achiui interficere quē poteris.

Arma autem inter nos mutabimus, ut & hi

Cognoscant quodā hospites paterni dicimur esse.

Sic uociferans ab equis descendentes,

Manusq; mutuo acceperunt, & fidem dederunt.

Glaucus
& Dio-
medes cō-
gressari
eleagno
scunt, ac
sine con-
flictu di-
scedunt.

Tunc Glaucō Saturnides mentes abstulit Iupiter,
 Qui ad Tydidem Diomedem arma mutauit
 Aurea æreis centum ducatorum nouem ducatorum.
 Hector autem postq̄ scæasq̄; portas & turrim peruenit,
 Circa ipsum Troianorū mulieres currebant & filię
 Interrogantes filiosq̄; fratresq̄; sociosq̄;
 Et uiros. hic postea Deis supplicare iussit
 Omnes ordinatim. multis autem curas dedit.
 Sed quando iam Priami domum perpulchram uenit
 Politis porticibus factam. sed in ipsa
 Quinquaginta inerant thalami politi lapidis
 Propè adinuicem ædificati. illic autem filij
 Iacebant Priami apud sponsas uxores.
 Sororum autem ex alia parte contrarij intra aulam
 Duodecim erant cooperti thalami politi lapidis,
 Propinqui adinuicem ædificati. illic autem generi
 Iacebant Priami apud uerecundas uxores.
 Tunc ei mitis obuia uenit mater
 Laodicem inducens filiarum specie optimam
 In ipsius manu, uerbumq̄; dixit & denominauit.
 Fili cur relinquens bellum temerarium uenisti?
 Certe ualde iam consumunt mali filij Achiuorum
 Pugnantes circa ciuitatem. te autè huc animus remisit
 Venientem, ex summa arce Ioui manus eleuare.
 Sed mane paulisper, dum tibi dulce uinum afferam;
 Ut sacrifices Ioui patri, & alijs immortalibus
 Primum: postea autem iuuaberis, si biberis.
 Viro autem defatigato robur magnum uinum auget.
 Quia tu laborasti adiuuans tuos socios.
 Huic autè rñdit postea magnus galeã pulchrã hñs Hector.

Diomedis &
 Glauci
 permutatio.

Hector
 e prælio
 ueniens,
 cū matre
 & uxore
 colloquitur.

Vini
 virtus.

Ne mihi uinum afferas dulce casta mater,
Ne me debilites, roboris fortitudinisq; obliuiscar.

Manibusq; illotis Ioui libare ardens uinum.

Pudet me, neq; aliquo modo licet nubecogæ Saturnio
Sanguine & puluere pollutum preces fundere.

Sed tu quidem ad templum Mineruæ prædatricis

Hector p
matrem
spondet
sacrificia
Mineræ
uq.

Vade cum sacrificijs congregans fœminas.

Vestis autem quæ tibi charissima, & maxima

Est in domo, & tibi dilectissima ipsi,

Hanc pone Mineruæ in genibus pulchram comâhntis,

Et ei promitte duodecim boues in templo

Iuuenos indomitos sacrificare, si miserebitur

Ciuitati, & Troianorum uxoribus, & infantibus filijs

Si Tydei filium arceat Ilio sacro

Sæuum bellicosum fortem peritum timoris.

Sed tu quidem ad templum Mineruæ prædatricis

Vade. ego autem Paridem adibo ut iubeam,

Si uoluerit dicentem audire. utinam ei

Terra aperiatur. magnū. n. ipsum cœlestis nutriuit nocu-

Troianisq; & Priamo magnanimo eiusq; filijs. (mentis

Si illum uidero descendente infernum intra,

Dicam mentem iniocundę erumnę oblitam esse.

Sic dixit. hæc autem iens ad domos ancillis

Iussit. hæc autem congregauerunt in ciuitate fœminas.

Ipsa autem in thalamum descendit odoratum,

Vbi erant uestes pulchrę opera mulierum

Sidoniarum, quas ipse Alexander speciosus

Duxit de Sidonia nauigans latum pontum,

Per uiam, per quam Helenam reduxit bonopatrenatâ.

Harum unam accipiens Hecuba tulit donū Mineruæ

Hecuba
cum cœ-
teris fœ-
minis pri-
marijs
Palladę
placatu-
ra tēplu-
s accedit.

Quæ optima erat uarietatibus & maxima.
 Stella aut tanquã splendebat: iacebat aut ultima aliarũ.
 Perrexit aut ire: multæ autem secutæ sunt fœminæ.
 Hæ autẽ qñ in tẽplũ uenerunt Mineruẽ in arce summa:
 His portas aperuit Theano pulchras genas habens
 Cissis, uxor Antenoris bellicosi.
 Hanc. n. Troiani fecerant Mineruæ sacerdotem.
 Hæ autem ululatu omnes Mineruæ manus eleuauerunt:
 Hæc aut uestem accipiens Theano pulchras genas hñs
 Posuit Mineruæ in gembus pulchricomæ,
 Vouens precabatur Iouis filiam magni.
 Pudica Minerva patrona ciuitatis diua Dearum,
 Frange iam lanceam Diomedis, ac & ipsum
 Pronum da cadere sceas ante portas:
 Ut tibi statim nunc duodecim boues in templo
 Iuencos indomitos sacrificemus, si misereberis
 Ciuitatiq; et Troianorũ uxoribus, et infantibus paruulis.
 Sic dixit precans, abnuuit aut Minerva armipotens.
 Sic hæ quidem supplicabant Iouis filie magni.
 Hector autem ad domos Alexandri iuit
 Pulchras quas ipse ædificauit cum uiris, qui tunc optimi
 Erant in Troia fertili fabri uiri:
 Qui ei fecerunt thalamum & domum & aulam,
 Propeq; Priamum & Hectorem in arce summa,
 Illuc Hector intrauit Ioui dilectus, & in manu
 Lanceã gerebat decẽ cubitorũ, ante aut splẽdebat læcæ
 Cuspis ærea: circa autem aureus currebat circulus.
 Hunc aut inuenit in thalamo pulchra arma ordinatẽ:
 Scutum, & thoracem, & curuos arcus abstergentem.
 Argiua autem Helena cum ancillis mulieribus

Pallas præ
 ces Troia
 narũ fœ
 minarũ
 auersat.

Sedebat, & famulabus inclyta opera iubebat.

Hunc autem Hector increpuit uidens turpibus uerbis.

Infelix nō quidē ualde inclinationē hāc imposuisti aīo:

Populi quidem corrumpunt circa ciuitatē, altūq; murū

Pugnantes. tui autē gratia clamorq; bellumq;

Ciuitas hęc arcū cōburitur. tu autē pugnares & cū alio

Siquem dimittentem uideres odiosum bellum.

Sed surge ne cito ciuitas igne cōbustiuo comburatur.

Hunc autem allocutus est Alexander speciosus.

Hector qm̄ me secūdū decēs increpuiisti: neq; pręter equū:

Propter hoc tibi dico. tu autē compone, & me audi.

Nō ego Troianorū tantū indignatione neq; accusatione

Sedebam in thalamo. uolebam autem dolorē mitigare.

Nunc autem me admonens uxor suauibus uerbis

Concitauit bellum: uidetur autem mihi sic & ipsi

Melius esse. uictoria autem mutat homines.

Sed age nunc expecta, donec martia arma induam.

Vel uade: ego autem sequar: assequi autem te puto.

Sic dixit. hunc autem non allocutus est bellicosus Hector.

Hunc autem Helena uerbis allocuta est dulcibus.

Leuir mei catellæ malæ inuentionis crudelis

Ultimā me debuisset die illo, qm̄ me primū peperit ma-

Perdere, proferens malus uenti turbo

(ter

In montem uel in undam resonantis maris,

Illic me corrupisse ante hęc opera facta esse.

Sed quoniam hęc sic Dei mala perfecerunt,

Viri postea debuissē melioris esse mariti,

Qui cognosceret accusationēq; et turpia multa hominū.

Huic autem neq; nunc mentes firmæ, neq; in futurum

Erunt: propter hoc ipsum suscipere puto.

Helena
Hectori.

Sed age nunc intra, & sede hac in sede
 Leuir, quoniam te maxime labor mentes circuit
 Gratia mei catellæ, & Alexandri gratia principij:
 Quibus Iupiter imposuit malā mortem: sic & in futurū
 Hominibus erimus decantabiles futuris. (Hector
 Huic autē respōdit postea magnus galeā pulchrā hñs He-
 Ne me sedere facias Helena diligens quāuis, neq; me p-
 Iam. n. mihi animus ruit, ut auxiliār (suadebis.
 Troianis, qui ualde mei desyderium absentis habent.
 Sed tu concita hunc. festinet autem & ipse,
 Ut me intra ciuitatem assequatur existentem.
 Etenim ego domum ibo ut uideam
 Domesticos vxoremq; dilectam & infantem filium.
 Non. n. scio si amplius uobis rediens ueniam rursus,
 An nunc me sub manibus Dei domabunt Achiuorum.
 Sic dicens abiuit galeā pulchrā habens Hector.
 Statim autem postea iuit domos bene habitatas.
 Neq; inuenit Andromachē albasulnashñtē in domibus.
 Sed hæc cum puero & ancilla bene induta
 Turrim instabat plorans lugensq;.
 Hector autem postq̄ non intus eximiam inuenit uxore
 Stetit in uiam iens, cum & ancillis locutus est.
 Eia age mihi ancillę uera loquimini.
 Quò iuit Andromache albasulnashabens ex domo?
 An aliquò in sorores fratrū, an uxores fratrū bene indu
 An in Mineruam exiuit ubi aliæ (tas,
 Troianæ pulchros crines habentes immanē deā placant.
 Huic autem rursus propera famula uerbū allocuta est.
 Hector postq̄ ualde iussisti uera loqui, (dutas
 Neq; aliquò in sorores fratrū, neq; uxores fratrū bñ in-

Neq̄ in Mineruam exiuit, ubi aliæ
 Troianę pulchros crines habentes immanē Deā placant.
 Sed in turrim iuit magnam Troię, quoniam audiuit
 Consumi Troianos, magnum & robur esse Achiuorū.
 Hęc quidem ad murum festinans uadit.
 Insanienti similis. portat autem simul puerum nutrix.
 Dixit mulier famula. hic autem abiuit domo Hector
 Eadem uia rursus bene factus per plateas.
 Et portas iuit discurrens magnam summitatem
 Scęas. eā enim debebat prodire in campum.
 Tunc uxor multadonans obuia uenit currens
 Andromache filia magnanimi Eetionis.
 Eetion est qui habitabat Hypoplaco syluoso
 Thebe Hypoplacię Cilicensibus uiris imperans.
 Huius nunc filia habebatur Hectori bellicoso,
 Quę ei postea obuiavit, simulq̄; famula ibat cum ipsa
 Puerum in sinu habens tenerum infantem frustra,
 Hectoridem dilectum, similem stellę pulchrę.
 Hunc Hector nominauit Scamandrium:
 Sed alij Astiana ctu; solus. n. tutabatur Troiam Hector.
 Hic quidem arrisit in puerum taciturnitate.
 Andromache autem ipsum propē astabat lachrymans,
 Inq̄; eius appropiquauit manu uerbūq̄; dixit et denomi
 Felix corrupet te tua fortitudo, neq̄ misereris (nauit.
 Puerumq̄; infantem & me infelicem, quę cito uidua
 Tui ero. cito enim te interficient Achii
 Omnes irruentes. mihi autem melius esset
 Te perdenti terram ingredi. nō enim amplius aliud
 Erit solamen postq̄ tu mortem attraxeris:
 Sed dolores, neq̄ mihi sunt pater & ueneranda mater.

Andromache
 querula
 oſo ad
 Hectorē.

Nam patrem meum interfecit diuinus Achilles.
 Et ciuitatem deuaſtauit Cilicorum bene habitatum
 Thebem altasportashabentem. interfecit autē Eetionem.
 Neq; ipsum expoliauit (religiosum. n. putabat hoc an-
 Sed ipsum cōbūſſit cū armis pulchris: (mo:)
 Et sepulchrum fecit. circum autem ulmos plantauerunt
 Nymphę Oreſtiades filię Iouis Aegiochi.
 Mihi autem ſeptem fratres erant in domibus.
 Hi quidem omnes ſagitta iuerunt die infernum intra.
 Omnes. n. interfecit uelocespedeshabēs diuinus Achilles
 Bobus incuruantibuspedesineundo & albis ouibus.
 Matrem autem quę regnabat Hypoplaco ſyluoſo.
 Hanc poſtq̄ huc duxit cum alijs opibus,
 Statim hic liberauit accipiens infinita dona.
 Patris autem in domibus ꝑcuſſit Diana ſagitta gaudens.
 Hector ſed tu mihi es pater & ueneranda mater,
 Et frater: tu autem mihi iocundiſſimus uir.
 Sed age nunc miſerere, & illic mane in turre,
 Ne puerum pupillum facies, uiduamq; mulierem.
 Populum autem ſtatue apud Caprificum ubi maxime
 Peruia eſt ciuitas & circum curſibilis eſt murus.
 Ter enim eā euntes tentauerunt optimi
 Circa Aiaces duos & perinclytum Idomeneum,
 Et circum Atrides, & Tydei fortem filium.
 Vel aliquis ipsis dixit uaticiniorum bene ſciens,
 Vel & ipſorum animus commouit & iuſſit. (Hector.
 Hanc autē ruruſus allocutus eſt magnus galeā pulchrā hñs
 Certe & mihi hęc oīa curę ſunt mulier, ſed ualde graui
 Erubeſco Troianos & Troianus trahētes ueſtes, (ter
 Si malus tanquam eminus fugio bellum.

Neq; me animus iubet, quoniam didici esse bonus
 Semper, & primis cum Troianis pugnare
 Suscipiens patrisq; magnam gloriam & meam ipsius.
 Bene quidē. n. hoc scio secundū mētē & secundū aīum,
 Erit dies quando peribit Troia sacra,
 Et Priamus & populus bellicosi Priami.
 Sed non mihi Troianorum tm̄ curæ est dolor in futurū;
 Neq; ipsius Hecubæ, neq; Priami Regis,
 Neq; fratrum qui multiq; & boni
 In pulueribus ceciderunt sub uiris inimicis;
 Quantum tui: quando aliquis Achiuorum bellicosor ū
 Lachrymantem ducet libero die
 Auferens & in Argo existens ante alias telam texes,
 Et aquam ferens meridie uel prima luce,
 Multum nolens. fortis autem incumbet necessitas.
 Et aliquando aliquis dicet uidens lachrymas fundentē.
 Hectoris hæc mulier qui optimus fuit pugnare
 Troianis bellicosis, quando Troiam circa pugnabant.
 Sic aliqñ aliquis dicet. tibi aut rursus nouus erit dolor
 Priuatione talis uiri expellere seruilem diem.
 Sed me mortuum fusibilis terra cooperiat
 Ante tuumq; clamorem tuiq; captiuitatē audire.
 Sic dicens suum puerum petijt illustris Hector.
 Statim autem puer ad sinum pulchræ incinctura nutricis
 Inclinator est clamans, patris dilecti aspectum fugiens,
 Timens æsq; & conum equinas setas habentem
 Terribilem à capite galeæ nutantem intelligens.
 Risit autem paterq; dilectus & pudica mater,
 Statim à capite galeam sustulit illustris Hector:
 Et hanc quidem deposuit in terra undiq; lucidam.

Sed hic suum dilectum filiū postq̄ osculatus est mouitq̄;
 Dixit precans Iouemq̄; aliosq̄; Deos. (manibus
 Iupiter aliq̄; Dei date iam & hunc fieri

Puerum meum sicut & ego honoratum Troianis:
 Sic fortitudineq̄; bonum & Troiæ fortiter imperare,
 Et aliquando aliquis dicat patre aut hic multo melior;
 Ex bello redeuntem ferat autem spolia cruenta
 Interficiens splēdidū uirū. gaudeat aut mētibus mater.

Sic dicens uxoris dilectæ in manibus posuit
 Puerum suum. hæc autem ipsum odorifero suscepit sinu
 Lachrymanter ridens. uir autem misertus est intelligens,
 Manuq̄; ipsam contrectabat, uerbūq̄; dixit et denomina
 Felix ne mihi ualde tristeris animo. (uit.

Non enim aliquis me ultra fatum uir inferno præmittet.
 Fatum autem non aliquem dico fugientē esse uirorum;
 Non malum neq̄ bonum, qm̄ in principio genitus est.

Morien/
 dum est
 oibus.

Sed in domum iens tui ipsius opera cura,
 Telamq̄; columq̄; : & ancillis iube
 Opus adire. bellum autem uiris curæ erit
 Omnibus. mihi autem maxime qui in Troia nati sunt.

Sic dicens galeam accepit illustris Hector
 Equinam caudam habentem. uxor aut dilecta domū iuit
 Retro uertens teneram lachrymam fundens.
 Statim autem postea iuit domos bene habitatas
 Hectoris homicidæ: inuenit autem intus multas
 Ancillas. his autem luctum omnibus commouit.

Hæ quidē adhuc uiuū lugebant Hectora sua in domo:
 Non ipsum amplius dicentes redeuntem ex bello
 Venire fugientem robur & manus Achiuorum.
 Neq̄ Paris moratus est in altis domibus.

Sed hic postq̄ induit inclyta arma uaria ære,
 Ruit postea per ciuitatem pedibus uelocibus confisus.
 Sicut autē quando aliquis stans equus hordeo pastus in
 Vinculū abrūpens currit cāpo pulsans (presepio
 Consuetus lauari late fluenti fluuio
 Exultans, alte caput tenet, circum autem iubæ
 Humeris mouentur. hic autem letitia confisus.
 Facile ipsum genua portāt ad cōsuetā et pabulū equarū.
 Sic filius Priami Paris de pergami arce
 Armis undiq; lucens tanquam sol uenit
 Gaudens: ueloces autē pedes ferebant. statim autē postea
 Hectora diuinum inuenit fratrem, beneq; futurus erat
 Verti ex ciuitate ubi suę locutus est mulieri.
 Hunc prior allocutus est Alexander speciosus:
 Frater certe ualde iam te et festinantē detineo
 Morans. neq; ueni celere ut iussisti.
 Hunc autem respondens allocutus est galeā pulchrā hñs
 Felix non aliquis tibi uir qui bonus sit (Hector.
 Opus uituperabit pugne, quoniam fortis es.
 Sed uolens dimittis & non uis, meum autem cor
 Dolet in animo, quando de te turpia audio
 A Troianis, qui habent multum laborem gratia tui.
 Sed eamus. hęc autem postea mitigabimus siqñ Iupiter
 Dabit cœlestibus Deis semper genitis
 Crateram statuere liberam in domibus
 Ex Troia expellentes bellicosos Achinos.

ARGVMENTVM. H. HOMERI

COMPOSITIONIS.

Hector cum Alexandro fratre descendens in pugnam auxiliatur Troianis laborantibus iam. Et cōsultante Heleno fratre vate existēte prouocauit ipse quis ipsi vellet Græcorū solus pugnare. Multis autem eligentibus Ajax Telamonius sorte electus cōgreditur. Pugnantes autem ipsos præcones sedauerunt, & nox dissoluit pugnam: & hi quidem inter se dona dant. Annūciantibus autem Troianis de mortuorum susceptione eadē fiunt ab ambobus exercitibus. Græci autem sepulchrum multorum uirorum fecerunt, & murum naualis: propter quod Neptunus indignatus est: Iupiterq; ipsis per noctem signa non propitia futurorum ostendit.

ILIADIS
ILIADIS .H. HOMER I
COMPOSITIONIS.

Ita autem, Ajax pugnavit soli solus Hectori diuo.

Hector
cum Pa-
ride in
prelium
vrbe egre
dicur.



Ic dicens portas egressus est illustris
Hector;
Cum hoc simul Alexander iuit fra-
ter: in autem ammo
Ambo prompti erant bellare & pu-
gnare.

Sicut autem Deus nautis desyderantibus dedit
Ventum, postquã laborauerunt politis remis
Pontum impellentes: labore aut sub mēbra soluta sunt.
Sichi Troianis desyderantibus apparuerunt.
Tunc interfecerunt, hic quidem filium Areithoi regis
In Arna habitantem Menesthium, quẽ clauiger
Gemit Areithous et Philomedusa pulchrosoculoshñs;
Hector autem Eioneum interfecit lancea acuta
Ceruice sub galea bom æris: soluit autem membra.
Glaucus autẽ Hippolochi filius Lyciorũ ductor uirorũ
Iphinoum interfecit lancea in forti pugna
Dexiadem equos insipientem ueloces . (membra.
Humero. hic aut ex equis humũ cecidit: soluta sunt aut
Hos at postq̃ igit̃ itellexit dea glaucosoculoshñs Minerua
Argiuos interfectos in forti pugna,
Veni de olympi summitatibus ruens
Ilium in sacrum. huic autem obuius ruit Apollo
Pergamo ex inspectãs: Troianis aut uolebat uictoriã.
Inter se autem hi obuiauerunt apud fagum.
Hanc prior allocutus est rex Ionis filius Apollo.

Apollo
nis verba
ad Palla
dem.

Cur tu prompta Iouis filia magni
 Venisti ab olympos? magnus autem te affectus trahit.
 An ut iam Danais pugnae alienam uictoriam
 Des? quoniam non Troianis consumptis misereris.
 Sed si mihi obtemperabis: hoc multo melius erit.
 Nunc quidem sedamus bellum & pugnam
 Hodie. postea rursus pugnabunt, donec finem
 Troiae inuenerint: quoniam sic dilectum est animo
 Vobis immortalibus destruere hanc ciuitatem.
 Huc rursus allocuta est Dea glaucos oculos hñs Minerva.
 Sic sit Apollo. haec enim cogitans & ipsa
 Veni ab olympos ad Troianos & Achiuos.
 Sed age aliquo modo sis proptus praeliū sedare uirorū.
 Hanc rursus allocutus est rex Iouis filius Apollo.
 Hectoris commoueamus forte robur bellicosi,
 Si quem Danaorum prouocabit singulariter solus
 Obuium pugnare in graui pugna.
 Hi autem admirantes bellicosi Achiui
 Solum concitabunt pugnare Hectori diuo. (nerua.
 Sic dixit, neq; nō persuasa est Dea glaucos oculos hñs Mi-
 Horū aut Helenus Priami dilectus filius intellexit aium
 Consilium quod Deis placuit consultantibus.
 Stetit autem apud Hectora iens & ipsum uerbū allocu-
 Hector fili Priami Ioui consilio aequalis (tus est.
 Certe mihi ausculta, frater enim tibi sum.
 Alios quidem sedere facias Troianos & oēs Achiuos.
 Ipse autem prouoca Achiuorū quicumq; optimus
 Obuium pugnare in graui pugna.
 Non enim tibi fatum mori & mortem accipere.
 Sic enim ego uocem audiui Deorum sempiternorum.

Sic dixit. Hec̄tor aũt rursus gauisus ẽ aĩo uerbũ audiẽs:
 Et in medium iens Troianorum cohibuit phalanges,
 Mediam lanceam capiens. hi autẽ cederunt omnes.
 Sed Agamemnon sedere fecit bellicosos Achiuos,
 Et Minerua, & argenteumarcumbabens Apollo
 Sederunt, auibus similes uulturibus
 Fago in alta patris Iouis Aegiochi
 Viris delectantes. horũ aũt acies sedebant dense
 Scutis & galeis & lanceis terribiles.
 Qualis autem Zephyro fusus est pontum in motus
 Mouente pauloante: denigrat autem pontum ab ipso.
 Tales turmæ sedebant Achiuorumq; Troianorumq;
 In campo: Hec̄tor autem cum ambobus locutus est.
 Audite me Troiani & fortes Achiui,
 Vt dicam quæ mihi animus in pectoribus iussit.
 Fœdera quidem Saturnides altis sedens non perfecit:
 Sed male excogitans perficit ambobus.
 Donec uel uos Troiam bene turritam capiatis;
 Vel ipsi apud naues sitis domiti per pontũ transeuntes.
 Vobis quidem enim sunt optimi quiq; Græcorum;
 Horum nunc quem animus mihi pugnare iussit,
 Huc ueniat ex omnibus primus esse Hec̄tori diuino.
 Sic autem dico. Iupiter autem nos inter testis sit.
 Si quidem me ille interficiat lata lancea,
 Arma expolians ferat concauas in naues.
 Corpus autem domum meum det rursus, ut igne me
 Troiani & Troianorum uxores disponant mortuum.
 Si aũt ego hũc interfecero, det aũt mihi gloriã Apollo,
 Arma expolians portabo ad Ilium sacrum,
 Et suspendam ad templum Apollinis longeiacientis.

Hec̄tor ẽ
 qui fortis-
 simus
 sic inter
 Græcos
 ad angu-
 lare certa-
 men pro-
 uocat.

Hunc autem mortuum ad naues bene tabulatis reddā,
 Ut ipsum sepeliant comati Achiui:
 Corpusq; ei fundant in lato Helleſponto.
 Et aliquando aliquis dicet & poſteriorum hominum
 Naue multas ſedes habente nauigans in nigrum pontū.
 Viri quidem hoc ſepulchrum diu mortui:
 Quē aliquñ optime ſe gerētē interfecit illuſtris Hector.
 Sic aliquñ aliquis dicet. hæc aut mea gloria nūq̄ peribit.
 Sic dixit. hi autem omnes quiete facti ſunt ſilentio.
 Erubeſcebant quidem reſuſare. timebāt autē ſuſcipere.
 Tandem autem iam Menelaus ſurrexit & dixit
 Contentione uituperans. ualde autem ſuſpirauit animo.
 Heu minaces Achiuæ, neq; amplius Achiui.
 Certe quidē iam de decus in his erit ex graui grauiter;
 Si nullus Danaorum nunc Hectori contrarius ſit.
 Sed uos quidem omnes aqua & terra fiatis
 Sedentes iſtinc ſinguli ignaui inglorij inamiter.
 Ideo autem ego ipſe armabor. ſed de ſuper
 Victorię fines habentur in immortalibus Deis.
 Sic uociferans indutus eſt arma pulchra.
 Tunc tibi Menelae illuſiſſet uite finis
 Hectoris in manibus, quoniam multo fortior eſt,
 Niſi ſurgentes accepiſſet reſes Achiuorum.
 Ipſeq; Atrides late dominans Agamemnon
 Dexterâ accepit manu, uerbūq; dixit & denominauit.
 Inſanis Menelae diuine, neq; te decet
 Huiuſmodi inſipientia; abſtineas dolens quamuis.
 Neq; uelis ex contentione te meliori uiro pugnare,
 Hectori Priamide, quem timent & alij.
 Et Achilles huic pugna in glorioſa

Menelaus cum
 Hectore
 congregi
 uult, ſed
 non per-
 mittitur
 a fratre.

Timebat obuiare qui multo fortior.
 Sed tu quidem sede iens ad multitudinem sociorum:
 Huic autem primum alium surgere facient Achiui,
 Si intrepidus sit, & si belli sit insatiabilis;
 Dico ipsum libenter genua flectere, si fugerit
 Hostili ex bello & graui pugna.

Sic dicens dissuasit fratris mentes heros
 Decet a admoens. hic autem persuasus est. huius quidem
 Laeti famuli ab humeris arma tulerunt. (postea

Nestor
 Grecis.

Nestor autem Argiuis surrexit & dixit.
 Pape certe ualde luctus Achaidam terram peruenit,
 Certe ualde plorabit senex equitator Peleus
 Bonus Myrmidonum consiliator & concionator:
 Qui aliquando me interrogans ualde laetabatur sua in domo
 Omnium Argiuorum inquirens generationemque parietesque.
 Hos nunc si timentes ab Hectore omnes audiet,
 Saepe immortalibus dilectas manus eleuabit
 Animum a membris ire domum inferni intra.
 Utinam enim Iupiterque; pater & Minerva & Apollo
 Essem iuuenis sicut quando in Ociro clamoso pugnabant
 Congregati Piliique; & Arcades bellicosi,
 Pheae apud muros Iardani circumfluenta.
 His autem, Ereuthalium primus stetit diuinus uir
 Arma habens humeris Areithoi regis,
 Diuini Areithoi, quem cognomento Clauarium
 Viri uocabant, pulchraque; incinctura mulieres;
 Quoniam non arcubus pugnabat lanceaque; longa,
 Sed ferrea claua rumpebat agmina.
 Hunc Lycurgus interfecit dolo, non fortitudine,
 Angusta in uia ubi non claua ei morte

Lycurgus
 Areithoi
 tum inter
 fecit.

Profuit ferrea. ante enim Lycurgus præueniens
 Læcea mediū perforauit. hic autē supinus pauimēto firma:
 Arma autē spoliauit quæ ei dedit ereus Mars: (tus est.
 Et hæc quidem ipse postea gestabat in bello Martis.
 Sed postquā Lycurgus in domibus senuit,
 Dedit Ereuthalioni dilecto seruo portare:
 Huius hic arma habens prouocabat omnes optimos.
 Hi autē ualde tremebāt & timebāt, neq; aliq; tolerauit.
 Sed me animus misit multa tolerans bellare (omniū
 Cōfidētia propria, generatiōe autē maximē iuuenis erā
 Et pugnarem ei ego: dedit autē mihi audaciam Minerua:
 Hunc iam maximum & fortissimum interfecit uirum,
 Magnus enim quidam iacebat extensus & hic.
 Utinā sic iuuenis essem: fortitudo autē mihi firma esset:
 Ideo cito obuiaret pugne galea pulchrā hñs Hector.
 Vestrum autem hi sunt optimi Græcorum;
 Neq; hi cito prompti sunt Hectori obuiam ire.
 Sic increpauit senex. hi autē nouem homines surrexerūt.
 Motus est multo primus quidem rex uirorū Agamēnō.
 Hunc autē post Tydides motus est fortis Diomedes:
 Hos autem post Aiaces strenuam induiti fortitudinem:
 Hos autem post Idomeneus & famulus Idomenei
 Meriones similis Egnyalio homicidæ.
 Hos autem post Eurypilus Euemonis illustris filius.
 Surrexit & Thoas Andromonides & diuinus Vlysses:
 Omnes hi uolebant pugnare Hectori diuino.
 His autem rursus dixit honoratus equitator Nestor.
 Sortem nūc mouete per uniuersos: qui sorte electus fuerit,
 Hic enim iam iuuabit armatos Græcos.
 Et ipse suum animum iuuabit, si fugerit

Græci for
 tiuntur
 quis ip/
 sorū cū
 Hectore
 in singu/
 lare certa
 men de
 scendat.

Hostili ex prælio, & graui pugna.

Sic dixit. hi autem sortem signauerunt unusquisq̃,
In autem iecerunt galea Agamemnonis Atride.

Populi autem supplicabant Deis, & manus eleuabant.
Sic autem aliquis dicebat uidens in cœlum latum.

Iupiter pater uel Aiacem sortiri, uel Tydei filium,
Vel ipsum regem multi auri Mycœ.

Sic dixerūt. uibrabat autem honoratus equitator Nestor.

Aiaci Te
lam oio
forte ob/
uenit, ut
singulari
certami/
ne cõgre
diatur cū
Hectore.

Ex autem saltauit fors galea quã uolebam ipsi
Aiakis. præco autem ferens per multitudinem undiq̃
Ostendit in dextra omnibus optimatibus Græcorum.
Hi autem non cognoscentes recusauerunt unusquisq̃.
Sed quando iam ad ipsum puenit ferēs p̃ turmã undiq̃
Qui ipsam scribens in galea iecit illustris Ajax,

Porrexit manum: hic autem iniecit propè astans.

Cognouit autē sortis signū uidens. gauisus est autē aĩo.

Hanc quidē apud pedē suū humū iniecit uociferauitq̃.

O amici fors mea, gaudeo autem & ipse

Animo: quoniam uideor uincere Hectora diuum.

Sed age donec ego bellica arma induam,

Interim uos supplicate Ioui Saturnidæ regi

Silentio inter uos, ut non Troiani audiant;

Vel & palam: quoniam non aliquem timemus tamen.

Non enim aliquis me potentia uolens inuitum cõpellat;

Neq̃ item imperitia, quoniam neq̃ me imperitum sic

Spero in Salamine genitum esse, nutritumq̃ esse.

Sic dixit. hi autem supplicabant Ioui Saturnidæ regi.

Sic autem aliquis dixit aspiciens in cœlum altum.

Iupiter pater ex Ida imperans optime maxime,

Da uictoriam Aiaci, & splendidam gloriam accipere.

Si & Hectora diligis, & curas ipsum,
 Aequalem ambobus fortitudinem & gloriam da.
 Sic dixerunt. Ajax autem armatus est splendido aere.
 Sed postquam omnia circa corpus indutus est arma,
 Ruit postea qualis magnus uenit Mars,
 Qui uadit in bellum ad uiros, quos Saturnides
 Animum rodentis contentionis robore commisit pugnare.
 Talis Ajax motus est magnus uallum Achiuorum
 Subridens terribili uultu; sub autem pedibus
 Ibat longe iens uibrans longam lanceam.
 Hunc autem & Argiui ualde letati sunt inspicientes.
 Troianos autem tremor grauis ingressus est membra singulorum
 Hectorique ipsi animus in pectoribus motus est.
 Sed non amplius poterat subterfugere, neque redire
 Retro populorum in turbam, quoniam prouocauit pugnam.
 Ajax autem prope uenit ferens scutum tanquam turre
 Aereum septem bouum, quod Hæcichi laborauit faciens
 Sutor ualde optimus Hyla in domo habitans,
 Qui ei fecit scutum uarium septem bouum
 Taurorum bene nutritorum; octauum autem induxit æs.
 Hoc ante pectus ferens Telamonius Ajax,
 Stetit ualde Hectora prope, minans autem allocutus est.
 Hector nunc quidem iam manifeste cognosces singulariter
 Qualis & Danaos optimi inter sunt, (Solutus Ajax Hectori.)
 Et præter Achillem fortem animum leonishabentem.
 Sed hic quidem in nauibus rostratis per portum transeuntibus
 Iacet iratus Agamemnoni pastor populorum.
 Nos autem sumus tales qui tibi obuiabimus
 Et multi; sed incipe pugnam & prælium. (Hector.)
 Hunc autem rursus allocutus est magnus galeam pulchram habens Hector

Hector
Aiaci.

Ajax diuine Telamonie princeps populorum;
 Ne me tanquam puerum imbecillum tenta;
 Vel mulierem, quæ nescit bellica opera.
 Sed ego bene scio pugnare; cædesq;
 Scio in dextera, scio in sinistra mouere scutum
 Aridum: hoc mihi est consuetum pugnare.
 Scio autem mouens bellum equorum uelocium.
 Scio autem in stadio hostili delectari Marte.
 Sed non enim te uolo percutere talem existentem
 Clam aspiciens, sed manifeste, si consequar.
 Dixit & uibrans iecit longam lanceam,
 Et percussit Aiacis graue scutum septem bouum
 Vltimum iuxta æs quod octauum erat in ipso,
 Sex & per plicas uenit sinens æs indomitum:
 In octaua autem pelle detenta est. secundus rursus
 Ajax diuinus iecit longam lanceam,
 Et percussit Priamidæ circa scutum undiq; æquale;
 Per quidem scutum uenit lucidum fortis lancea,
 Et per thoracem pulchram firmata est.
 Contra autem iuxta uentrem scidit loricam
 Lancea. hic autem inclinatus est & uitauit mortē nigrā.
 Hi autem euellentes longas lanceas manibus sicut ambo
 Concurrerunt leonibus similes cruda comedentibus;
 Vel suibus non castratis: horumq; robur non imbecille.
 Priamides quidē postea mediū scutum percussit lancea;
 Neq; rupit æs: reflexa est autem ei cuspis.
 Ajax autem scutum percussit insurgens, & totaliter
 Iuit lancea, concussit autem ipsum promptum:
 Cessim autē ceruicē ingressa est, niger autē fluebat sanguis.
 Sed nō sic cessauit à pugna galeā pulchrā hñs Hector:

Sed retro cedens lapidem accepit manu forti
 Iacentem in campo nigrum, asperumq; magnumq;
 Hoc percussit Aiæcis graue scutum septem bouum
 Medium in umbone: circum sonuit autem æs.

Secundus autem Ajax multum maiorem lapidē eleuans
 Misit uertens: firmavit autem fortitudinem magnam:
 Intra autem scutum fregit percutiens rotunda petra.

Offendit aut ei dilecta genua. hic aut supinus extesus
 Scuto implicatus. hunc autē statim detexit Apollo: (est
 Et iam ensibus propè uulnerassent,

Nisi præcones Iouis nunciij & uirorum
 Venissent: hic quidē Troianorū, ille aut Achiuorū belli-
 Talthybiusq; & Idæus prudentes ambo (cosorum

In medio amborum scepra tenuerunt. dixitq; uerbum
 Præco Idæus prudentia consilia sciens:

Ne amplius pueri dilecti pugnetis, neq; bellates;
 Ambos. n. uos diligit nebularum congregator Iupiter;
 Ambo autem bellatores. hoc iam & scimus omnes.

Nox iam adest, bonum & nocti parere.
 Huic autem respondens allocutus est Telamonius Ajax.

Idee Hæctora hæc iube loqui.
 Ipse enim pugnae prouocauit omnes optimos.

Incipiat; & ego ualde parebo siquidem ipse.
 Hūc autē rursus allocutus est magnus galeā pulchrā hñs He-
 Ajax postq̄ tibi dedit Deus magnitudinēq; umq; (Etor
 Et prudentiā: circa aut lanceā Achiuorum optimus est

Nunc cessemus à prælio & pugna
 Hodie: postea rursus pugnabimus donec fortuna
 Nos diiudicet, det autem alteris uictoriam.

Nox iam adest. bonum & nocti parere.

Dirimite
 certamē
 inter Hec-
 torē &
 Aiacem.

Idēus p̄co
 Troiano,
 rum.

Vt tu lætifies omnes apud naues Achiuos
 Tuosq; maxime cœtaneos, & socios qui tibi sunt.
 Sed ego in ciuitate magna Priami Regis
 Troianos lætificabo, & Troianas trahentes ueſtes,
 Quęq; mihi supplicantes diuinũ ingreſſę sunt certamē.
 Dona autem age mutuo inclyta demus ambo;
 Vt aliquis ſic dicat Achiuorumq; Troianorumq;,
 Certe quidē pugnabant contentionē circa aiũ uorātē.
 Et iterum in amicitia diuiſi ſunt concordēs.

Sic uociferans dedit enſem argenteũ capulum habentem,

Ajax &
 Hector
 mutuis
 ſe hono-
 rant mu-
 neribus.

Cum uaginaq; portans & bene facta zona.

Ajax autem balteum dedit rubedine ſplendidum.

Qui autem digreſſi hic quidem ad populum Achiuorũ

Ibat. hic aut in Troianorũ multitudinē iuit. hi aut gauiſi

Poſtq; uiderunt uiuũq; & incolumē adueniētē, (ſunt

Aiacis profugientem fortitudinē & manus innocuas;

Et duxerunt ad ciuitatem non ſperantes ſaluũ eſſe.

Aiacemq; rurſus ex altera parte fortes Achiu

Ad Agamemnonem diuinum duxerunt lætātē uictoria.

Hi aut quando iam tentorijs in Atridæ fuerunt;

His autem bouem ſacrificauit Rex uirorũ Agamemnon

Marem quinquennem potenti Saturnidæ.

Hũc decoriauerũt, circũq; fuſi ſunt & ipſum diffuderũt

Inciderũtq; ſcienter, infixerũtq; ueribus; (omnia.

Aſſarũtq; ſcienter, detraxerũtq; omnia.

Sed poſtq; ceſſarunt à labore, fecerũtq; conuiuium

Cõuiuati ſunt, neq; in aliquo animus indignit conuiuio

Donisq; Aiacem magnis donauit (equalit

Heros Atrides late dominans Agamemnon.

Sed poſtq; potus & cibi deſyderium eiecit,

His senex primus texere incepit consilium,
Nestor huius & ante optimum uidebatur consilium,
Qui ipsis bene sapiens concionatus est, & dixit.

Atrideq; & alij optimi Achiuorum.

Multi quidem mortui sunt comati Achiui.

Horū nunc sanguinem nigrum fluentē circa Scamādrū
Diffudit atrox mars: animæ autē ad infernū descēderūt.

Ideo te oportet bellū quidē simul cū die sedare Achiuo:

Ipsi autē congregati uehemus huc mortuos (rum.

Bobus & mulis, & comburemus ipsos

Paululum longe ante naues, ut ossa filijs singulis

Domū ducat, qñ iterum reuertemur in patriā terram.

Tumulum autem circa pyrā unū fundemus extrahētes

Indiuisibilem ex campo: apud autē ipsum ædificabimus

Turres altas defensaculū nauīūq; & ipsorum. (ato

In autem ipsis portus faciemus amplas,

Vt per ipsas equestralis uia sit:

Exterius autem profundam fodiemus propè fossam,

Quæ equum & populū prohibeat circum existens,

Ne aliquando aggrauet bellum Troianorū superborū.

Sic dixit. hi autem omnes laudauerunt Reges.

Troianorū rursus cōcio facta est Troiæ in arce summa

Grauis aspera ante Priami portas.

His autem Antenor prudens incepit concionari.

Audite me Troiani & Dardani & socij,

Vt dicam quæ me animus in pectoribus iubet.

Eia age argiuam Helenam & opes cum ipsa

Demus Atridis ducere: nunc autem iuramenta fidelia

Fallentes, pugnamus: ideo non melius nobis

Spero perfiā, nisi faciamus sic.

Antenor
Helenas
reddēdā
censet.

Certe hic sic dicens defedit, his autem surrexit
 Diuus Alexander Helenæ maritus pulchricomæ,
 Qui ipsi respondens uerba uelocia allocutus est.
 Antenor tu quidem non adhuc mihi dilecta hæc dixisti.
 Scis & aliud uerbum melius hoc intelligere?
 Si autem uere hoc diligentia locutus es;
 Certe iam tibi postea Dei mentes ademerunt ipsi.
 Sed ego Troianis cum bellicosis concionabor;
 Contraq; dicam. mulierem quidem non reddam;
 Opes uero quascunq; duxi ex Argo nostram domum
 Omnes uolo dare, & etiam ex domo alia adiungere.
 Certe hic sic dicens defedit. his autem surrexit
 Dardamides Priamus Deis consiliarius similis,
 Qui ipsis bene sapiens concionatus est & dixit.
 Audite me Troiani, & Dardani, & socij,
 Ut dicam quæ mihi in pectoribus iubet.
 Nunc quidem cœnam accipite in ciuitate sicut prius,
 Et custodiæ mementote, & uigilate unusquisq;
 Mane autem Idæus eat concauas in naues
 Dicere Atridis Agamemnoni, & Menelao,
 Verbum Alexandri, cuius gratia contentio mota est.
 Et hoc dicere prudens uerbum, si uelint
 Cessare à bello malesonanti, donec mortuos
 Comburamus; postea iterū pugnabimus donec fortuna
 Nos diiudicet, det autem alter is uictoriam. (sunt
 Sic dixit. hi aut hunc ualde quidē audiuerunt, & psuase
 Cœnam postea acceperunt in exercitu perfectionibus.
 Mane autem Idæus iuit concauas in naues.
 Hos autem inuenit in concione Danaos seruos Martis
 Nauem apud in puppi. sed hic his

Stans in medijs uociferatus est resonans præco.
 Atrideq; & alij fortes Græci,
 Iubet Priamusq; & alij Troiani splendidi
 Dicere, si uobis dilectum & suaue est
 Verbum Alexandri, cuius gratia contentio mota est.

Opes quidē quas cunq; Alexander concauis in nauibus
 Duxit Troiam (utinam prius debuisset perire)

Omnes uult dare, & item ex domo alia adiungere:

Puellam autem vxorem Menelai gloriosi

Non dicit dare. certe ipsum Troiani iubent.

Et hoc iussit dicere uerbum. si uultis

Cessare à bello male soname, donec mortuos

Comburemus: postea iterū pugnabimus, donec fortuna

Nos diiudicet, det autem alteris uictoriam.

Sic dixit. hi autem omnes quiete facti sunt silentio.

Tandem autem dixit uocem bonus Diomedes.

Ne aliquis nunc opes Alexandri suscipiat,

Neq; Helenam. cognitum autem & qui ualde infans est

Quod iam Troianis perniciēi fines imminem.

Sic dixit. hi autem omnes succlamabant filij Achiuorum

Verbum admirantes Diomedis equitatoris:

Et tunc Idæum allocutus est Rex Agamemnon.

Idæe certe uerbum Achiuorum ipse audis

Quomodo tibi respondeant. mihi autem placet sic.

Circa autem mortuos comburere non inuideo;

Neq; aliquod odium cadauerum mortuorum

Est: postq; mortui sunt, igne mitigemus cito.

Iuramēta autē Iupiter sciat ualde sonās coniux Iunonis.

Sic dicens sceptrum porrexit omnibus Deis,

Retro autem Idæus iuit ad Ilium sacrum.

Inducit
 facti
 cadaver
 occidit

Mortuis
 suos lege
 Iulius Tro
 Iulius &
 Iulius

Mortuis
 non inui
 dendum.

Induciæ
factę pp
cadauera
occisorū.

Hi autem sedebant in concione Troiani & Dardani,
Omnes congregati, expectantes quando ueniat
Idæus. hic autem uenit, & legationem renuntiat,
Stans in medijs. hi autem parati sunt ualde uelociter
Ex utraq; parte mortuosq; ducere, alij autem syluam.
Argiui autem ex altera parte bene tabulatis à nauibus
Comati sunt mortuosq; ducere, alij autem syluam.
Sol quidem poste a nuper iuit ad arua
Ex quiete fluente profunde fluente Oceano
Cælum ingrediens. hi autem obuiauerunt inter se.
Tunc dignoscere difficulter erat uirum unumquenq;
Sed aqua lauantes saniem sanguinolentam
Lachrymas calidas fundentes curribus in eleuarunt.
Neq; fuit lugere Priamus magnus. hi autem silentio
Mortuos in pyra congregauerunt dolentes cor.

Mortuos
suos sepe
liunt Tro
iani &
Græci.

In autem igne comburentes iuerunt ad Ilium sacrum.
Sic autem eodem modo ex altera parte fortes Achiui
Mortuos in pyra congregauerunt dolentes cor.
In autem igne comburentes iuerunt concauas in naues.
Quando autem nondum Aurora item & matutina nox;
Tunc circa pyrã electus congregatus est populus Achi-
Tumulū aut̃ circa ipsam unū fecerunt exeuntes (uorū;
Cōmunē ex campo: apud aut̃ ipsum murū edificauerunt
Turres altas sustentaculum nauium & ipsorum;
In autem ipsis portas fecerunt bene aptas,
Ut per ipsas equestris uia sit.
Exterius autem profundam in ipso fossam foderunt
Latam magnam, in autem palos defixerunt.
Sic hic quidem laborabant criniti Achiui.
Hi autem Dei apud Iouem sedentes fulminatorem
Viderunt

Græci ca/
stra sua
muro fos
sa & uallo
muniūt.

Viderunt magnum opus Achiuorum bellatorum.
 His aut uerbum incepit Neptunus quatiens terram.
 Iupiter pater certe aliquis est mortaliu supra nigrā terrā,
 Quicumque adhuc immortalibus mentē et cōsiliū scrutet.
 Non uides quod comati Achiui
 Murum ædificauerunt naues circa, circū autem uallum
 Extruxerunt: neque Deis dederunt inclytas hecatombas?
 Huius autem gloria erit quantum sparsa erit aurora.
 Huius autem obliuiscuntur, quādo ego et lucidus Apollo
 Heroi Laomedonti ciuitatem ædificauimus certantes.
 Hūc aut ualde iratus allocutus est nebularum cōgregator
 Heu Neptune fortis quid dixisti? (Iupiter.
 Alius aliquis hanc Deorum timuisset cogitationem,
 Qui te multo imbecillior manusque; roburque;
 Tua autem tibi gloria erit quantum spargitur Aurora.
 Agendum quando rursus comati Achiui
 Venient cum nauibus dilectam in patriam terram,
 Murum scindens hunc quidem in mare omne diffunde:
 Rursus autem littus magnum harenis cooperi,
 Ut magnus murus non appareat Achiuorum.
 Sic hi quidem talia inter se concionati sunt.
 Occidit autem sol, perfectumque est opus Achiuorum.
 Boues autem mactauerunt in tentorijs, et cœnā acciperūt.
 Naues autem ex Lemno asliterunt uinum ducentes
 Multæ, quas præmisit Eisolides Euneus:
 Quem peperit Hypsipyle sub Iasone pastore populorū.
 Separatim autem Atridis Agamēnoni et Menelao
 Dedit Iasonides ducere uim mille lagenas.
 Hinc uinum emebant comati Achiui;
 Alij quidem ære, alij autem ardenti ferro.

Home. Ilias.

I

Murus
 Graecorū
 a Dys de
 struitur.

Mercatus
 ra exerce
 tur rerū
 permuta
 tione.

Alij autem pellibus: alij autem ipsis bobus.
 Alij aut captiuis rebus. posuerunt aut conuiuium abundans.
 Nocturni quidem postea comati Achii
 Conuiuati sum. Troiani autem in ciuitate & socij.
 Nocturnus aut ipsis mala cogitauit consiliarius Iupiter
 Terribiliter sonans. hos autem recens timor cepit.
 Vinum autem ex poculis humum fundebant. neque alijs to-
 Ante bibere quam libare potenti Saturnidæ. (Ierabat
 Dormierunt autem postea & somni donum acceperunt.

Iupiter
 quarum
 caeteris
 Dijs po-
 tentior.

Plinius
 Cicero
 A. 1. 2. 3.
 G. 1. 1.

Metastasio
 2. 1. 1. 1.
 1. 1. 1. 1.
 1. 1. 1. 1.
 1. 1. 1. 1.

ARGVMENTVM. Ⓞ. HO-
MERI COMPO-
SITIONIS.

Iupiter interdicēs Deis neutri auxiliari exercituum,
in Idā descendit: & prius æqualiter pugnantes Græ-
cōs, inferiores Troianis statuit. Iunonem autem & Mi-
neruam in auxilium Græcis exeuntes deinuit Iris, Io-
uē iubente. Vespere autem factō Hector concionatus
est in campo vt castra meteretur, & ignem per totam
noctem incenderent.

Faint marginal notes in a smaller script, possibly a commentary or gloss.

ILIADIS
 ILIADIS. Θ. HOMERI
 COMPOSITIONIS.

Thita, Deorū ratio, Troianorū fortitudo, Hectoris iactatio



Vrora quidem rubeāuestem habens
 dispersa est omnem in terram.
 Iupiter autem Deorum conciliū fe-
 cit gaudens fulmine
 Summa arce multa cacumina habēs
 tis olympi:

Ipse autē ipsis concionatus est; Diū autē simul oēs audiebāt.

Audite me omnes Diū, omnesq; Deæ;

Vt dicam quæ mihi animus in pectoribus iubet.

Neq; aliqua igitur fœmina Dea hoc, neq; aliquis mas

Tentet rumpere meum uerbum; sed simul omnes

Laudate; ut cito perficiam hæc opera.

Quem ego seorsum à Dijs uolentem intellexero

Venientem, uel Troianis auxiliari, uel Græcis,

Verberatus non secundum decens ibit ad clypsum;

Vel ipsum accipiens iaciam in tartarum obscurum

Longe ualde, ubi profundissimū sub terra ē barathrū;

Vbi ferreæq; portæ & æreum pauimentum;

Tantum sub inferno, quantum cælum est à terra.

Cognoscetis postea quātū sum Deorū fortissimus oīum.

Eia age experimini Diū, ut uideatis omnes

Funem auream ex cælo suspendentes.

Omnes detrahite Diū omnesq; Deæ;

Sed non trahetis ex cælo in terram

Iouē eximiū consiliariū; neq; si ualde multū laborabitis.

Sed quando iam & ego promptus uelim trahere,

Iouis ora
 tio ad oēs
 Deos
 Deasq;.

In ipsam terram traham ipsumq; mare:
 Funem quidem postea circa summitatem olympi
 Ligabo; hæc autem rursus suspensa omnia fiunt.
 Tantum ego supraq; sum Deos, supraq; sum homines.
 Sic dixit. hi autem omnes quietè facti sunt silentio
 Verbum admirantes. ualde enim fortiter cōcionatus est.
 Tādē aut iā locuta ē Dea glaucosoculoshñs Minerua.
 O pater noster Saturnide rex regum;
 Bene & nos scimus quòd potentia non subdita.
 Sed tamen Danaïs dolemus bellicosiss,
 Si iam malam mortem perficientes peribunt.
 Sed certe bello quidem abstinebimus, si iubes.
 Consilium autem Argiuis præbebimus quod iuuabit,
 Ut non omnes perdantur irato te. (tor Iupiter.
 Hanc autem subridens allocutus est nebularūcongrega-
 Confide Tritonia dilecta filia, non aliquid animo
 Prompto loquar. uolo autem tibi mitis esse.
 Sic dicens sub curribus iussit æripedes equos
 Veloces aureis capillis comatos.
 Aurum aut ipse induit circa corpus: accepit aut scuticā
 Auream bene factam: suum autem ascendit currum.
 Verberauit aut impellere: hi autem nō inuiti uolauerūt
 In medio terræq; & cœli stellati.
 In Idam autem uenit multarum fontium matrem ferarū
 Garganum: ubi autem hi templum altareq; sacrum.
 Ibi equos sistit pater Deorumq; uirorumq;,
 Soluens ex curribus: circa autē nebulā multam fudit.
 Ipse autem in uerticibus sedit gloria lætus,
 Inspiciens Troianorum ciuitatem & naues Achiuorū.

Pallas so-
 la Ioui
 respon-
 det, cæce-
 ris Dijs
 prætimo-
 re silen-
 tibus.

Hi autem cœnam acceperunt comati Achiui
 Celeriter in tentorijs: post autem ipsam armati sunt.
 Troiani aut rursus ex altera pte in ciuitate armabant
 Pauciores. prompti autem erant & sic pugna pugnare,
 Opportuna necessitate proq; filijs, & pro uxoribus.
 Omnes autem aperte sunt portę: exiuit autem populus
 Pedestrisq; equestrisq; multus autē tumultus motus est.
 Hi autem quando iam in locum unū simul eūtes iuerūt,
 Cōiecerunt scuta simul & lāceas & fortitudines uirorū
 Aeream thoracā habentiū; & scuta umbonem habentia
 Propinquata erāt inter se. multus autē tumultus ortus est.
 Tunc autem simul luctusq; & exultatio erat uirorum
 Perditiumq; & perditorū. fluebat autē sanguine terra.
 Quā diu quidem Aurora erat, & augebat purus dies:
 Tandiu ualde utrorūq; tela tā gebantur: cadebat autē po
 Quando autem sol mediū cœlum circuibat; (pulus.
 Et tunc iam aureas pater extendit bilances.
 Intus autem posuit duo fata asperæ mortis
 Troianorumq; equitatorū, & Achiuorum armatorū.
 Traxit autē ī medio accipiēs: inclinatus ē autē fatalis dies
 Hęc qdē Achiuorū in terrā multa pascētē (Achiuorū.
 Sederunt. Troianorū autem ad cœlū latū eleuata sunt.
 Ipse autem ex Ida ualde resonuit: ardens
 Misit fulmen ad populum Achiuorum. hi autē uidentes
 Stupuerunt: & omnes nouus timor accepit.
 Tunc neq; Idomeneus tolerauit manere, neq; Agamēnō,
 Neq; duo Aiaces remanserunt famuli Martis.
 Nestor autē solus remāsit honoratus custos Achiuorum.
 Neq; uolens: sed equus consumebatur, quē percussit sagittā
 Diuus Alexander Helenæ uir pulchram comā habentis

Iupiter
 fata Grę
 corū, &
 Troiano
 rum in
 lancibus
 posita
 exami
 nat.

Summo in uertice, ubi primi crines equorum
 Capite in nascuntur. maxime autem letale est.
 Dolens autem resiliēbat: telum autem in cerebrum iuit.
 Simul autem equos turbabat uolutus circa cæs.
 Donec senex equi uincula incidebat
 Gladio insurgens. uterim Hectoris ueloces equi
 Venerunt in turbam audacem dominum portantes
 Hectora: & tunc senex animum perdidisset,
 Nisi cito intellexisset uocem bonus Diomedes;
 Fortiter autem clamauit commouens Vlysses.
 Diuine Laertiade multæ inuentionis Vlysses
 Quò fugis terga uertens malus tanquã in turba?
 Ne quis tibi fugienti dorso in lanceam figat:
 Sed mane, ut à sene expellamus truce[m] uirum.
 Sic dixit. neq[ue] exaudiuit multa tolerans diuus Vlysses:
 Sed iuit conctuas ad naues Achiuorum.
 Tydides aut[em] solus existens propugnatoribus mistus ē.
 Stetit autem ante equos Neleiadæ senis.
 Et ipsum uociferans uerba uelocia allocutus est.
 O senex certe ualde iam te iuuenes consumūt bellatores,
 Tua aut[em] fortitudo soluta est. difficilis aut[em] te senectus in-
 Debilis aut[em] tibi famulus: tardi autem tibi equi. (Sequit[ur].
 Sed age, meos currus ascende, ut uideas
 Quales Troiani equi scient per campum
 Velociter ualde huc & illuc impellere, & fugere;
 Quos quidem ab Aenea cepi magistrōs timoris.
 Hos quidem famuli regant: hos autem nos
 Troianos cōtra equitatores gubernemus, ut & Hector
 Videat, si & mea lancea furit in manibus.
 Sic dixit, nec nō p[er]suasus est honoratus equitator Nestor.

Græco
rum fu-
ga.

ILIADIS

Nestoreos quidem postea equos famuli gubernabant
 Fortes Sthenelus & Eurimedon uiros amans
 Hi autem ambo Diomedis currum ascenderunt.
 Nestor autem in manibus accepit habenas rubeas: (rūt.
 Scuticauit autē equos: uelociter autē Hectora propē uene
 Huic autē contrarius prōpto iaculatus est Tydei filius.
 Et hoc quidem aberrauit. hic autem aurigam famulum
 Filium magnanimi Thebei Eniopeum
 Equorum habenas habentē percussit pectore apud māmilla.
 Cecidit autem ex curribus, supra iuerunt autem equi
 Veloces: huic autem rursus animaq; roburq;.
 Hectora autem grauis dolor tetigit mentibus aurigæ.
 Hunc quidem postea dimisit & dolens socio
 Iacere. hic autē aurigā quærebat audacē. neq; ā plus diu
 Equi indigebant gubernatore: statim enim inuenit
 Iphitidem Archeptolemū audacem, quem tunc equos
 Veloces: ascendere fecit: dedit autē ei habenas manibus.
 Tunc pestis esset, & immensa opera fuissent,
 Et stabulati fuissent ad Ilium tanquam agni;
 Nisi cito intellexisset pater uirorumq; deorumq;:
 Tonans autem grauiter misit splendidum fulmen;
 Et iuxta anteq; equos Diomedis uenit infra:
 Grauis autem flamma commota est sulfuris ardentis.
 Hi autem equi timentes conciderunt sub curribus:
 Nestoris autem ex manibus fugerūt habenæ splendide.
 Timuit autem hic in animo: Diomedē autē allocutus est.
 Tydide age autem rursus ad fugam impelle solungulos
 An nō cognoscis quod à Ioue nō sequit auxiliū? (equos.
 Nunc quidē. n. huic Saturnides Iupiter gloriā præbet
 Hodie: postea rursus & nobis, si uoluerit,

Diomedes
 des q; q;
 inuitus i
 fugā uer
 titur.

Dabit. uir autem non Iouis mentem trahit,

Neq̄ ualde fortis, quoniam multo fortissimus est.

Huic autem respondit postea uocem bonus Diomedes.

Ita hæc omnia senex secundum decens locutus es.

Sed grauis dolor cor & animum aduenit.

Hector enim aliquando dicet in Troianis concionans:

Tydides à me fugatus adiuit naues.

Sic quãdo gloriabitur, tunc mihi dehiscat ampla terra.

Huic autem respōdit postea honoratus equitator Nestor.

Heu Tydei fili prudentis quale dixisti.

Siquidem te Hector malum & imbellem dicet;

Tamen non credent sibi Troiani & Dardani,

Et Troianorum uxores magnanimorum clypeosorum,

Quarum in pulueribus interfecti iuuenes maritos.

Sic uociferans ad fugam uertit solungulos equos

Retro in turbam; contra autem Troianiq̄; & Hector

Sonitu magno tela suspirantia fundebant.

Huic aut̄ in longum clamauit magnus galeatus Hector.

Tydide ualde quidẽ te honorabant Danaï uelocese quos

Sedeq̄; carnibusq̄; & multis poculis: (habentes

Nunc autem te inhonorabunt; mulieris loco factus es.

Pereas mala palpebra: quoniam non cedente me

Turres nostras ascendes: neq̄ mulieres

Duces in nauibus. prius tibi mortem dabo.

Sic dixit. Tydides autem dupliciter cogitauit,

Equosq̄; uertere, & contra pugnare.

Ter quidem cogitauit in mente & in animo.

Ter & ab Ideis montibus sonuit consiliarius Iupiter,

Signũ faciens Troianis pugne ex alterius potentia uicto

Hector aut̄ Troianis clamauit lōge uociferans. (riam,

Hector
edros
lucos allo
S. uulup
on Troi
am

Hector
Diome
di & Gre
cis insula
tat.

Troiani, & Lycij, & Dardani propè pugnatores
 Viri este amici, mementote autem strenuæ fortitudinis.
 Cognosco enim q̄ mihi promptus annuit Saturnius
 Victoriã, & magnam gloriã: sed Græci exitium.
 Infantes qui hos muros fabricati sunt
 Impotentes neq̄ cogitandos. hi nõ robur meũ detinebũt,
 Equi autem facile uallum super salient defossũ.
 Sed quando iam nauibus in concauis erimus:
 Memoria aliqua postea ignis combustiui sit;
 Vt igne naues comburam: interficiam autem & ipsos
 Argiuos apud naues domitos à fumo.
 Sic dicens equis iussit clamauitq̄;

Hector
 equos
 suos allo
 quitur, &
 eorũ no
 mina.

Xanthe & tu Podarge, & Aethon, Lampeq̄; diuine,
 Nunc mihi curam reddite quã ualde multam,
 Andromache filia magnanimi Eetionis
 Vobis prioribus suaue triticum apposuit,
 Vinumq̄; miscens bibere, quando animus iubebat,
 Quã mihi, qui ei iuuenis maritus dicor esse.
 Sed sequimini & festinate, ut accipiamus
 Scutum nestoreum, cuius nunc gloria cœlo ascendit
 Totum aureum esse manubriaq̄; & ipsum.
 Sed ab humeris Diomedis equitatoris
 Pulchram thoracem, quam Vulcanus fecit laborans.
 Si hos ceperimus, sperabo Achiuos
 Hac nocte naues ascendere ueloces.

Sic dixit iactans. irata est autem casta Iuno:
 Commota est autem in sede: cõmouit et longũ Olympũ.
 Et Neptunum magnum Deum contra allocuta est.
 Heu Neptune latepotens, non tibi
 Euntibus Danaï plorat in mentibus animus &

Iuno cũ
 Neptuno.

Hi autem tibi in Helicemq;, & Aegaeas dona adducunt.
 Multaq; & grata. tu autem ipsis uelis uictoriam.
 Si quidem uoluerimus quot Danais auxiliores
 Troianos repellere, & detinere latioculum Iouem:
 Illic & tunc tristabitur sedens solus in Ida.
 Hanc autem ualde iratus allocutus est Rex Neptunus.
 Iuno intrepida quale uerbum dixisti?
 Non ego uolo Ioui Saturnidae pugnare:
 Nos alios quoniam longe fortissimus est.
 Sic hi quidem talia inter se concionabantur.
 His autem quantum ex nauibus à turre uallu continet,
 Repletum est simul equorumq; & uiroru scutorum
 Clausorum; clausit autem ueloci similis Marti
 Hector Priamides, quando ei Iupiter gloriam dedit.
 Et combussisset igne combustiua naues equales;
 Nisi in mentibus posuisset Agamemnoni castra Iuno,
 Ipsi occupato uelociter insequi Troianos.
 Perrexit autem ire anteq; temoria & naues Achiuoru
 Rubeum magnum uestimentum habens in manu forti.
 Stetit autem in Vlyssis magna naui nigra,
 Quae in medio erat ad audiendum utrinq;
 Et in Aiakis temorio Telamoniadae
 Et in Achillis: qui ultimi naues equales
 Traxerant uirilitate confisi & fortitudine manuum.
 Locutus est autem ualde Danais exclamans,
 Pudor Argiui & reprehensiones aspectu admirabiles.
 Quod iuerunt uota quando dicebamus esse optimi,
 Quae aliqu in Lemno inaniter iactantes concionabamur
 Comedentes carnes multas bouum longu cornuhabentiu,
 Bibentes crateras coronatas uino:

Agamemnon
non iuis.

ILIADIS

Troianis pro centumq; ducentis unusquisq;
Stare in bello. nunc autem neq; uno digni sumus
Hectore, qui cito naues comburet igne combustiuo.

Iupiter pater certe quem nunc potentium regum
Tali nocumēto læsisti, & ipsum magna gloria priuasti
Non quidē unquam dico tuum & perpulchrum altare
Naue multas sedes habente relinquere hic corrūpens.
Sed in omnibus bouum pinguedinē & coxas combussi,
Desyderans Troiam bene muratam destruere.
Sed Iupiter hoc mihi perfice desyderium.

Ipsos dimitte fugere & euadere;
Neq; sic Troianis sinas consumi Achiuos.

Sic dixit. huius autem pater misertus est lachrymantis.
Annuuit autem ei populum sanum esse, nec perire.
Statim autem aquilam misit perfectissimam uolucrum
Hinnulum habentem unguibus filium ceruæ uelocis:
Penes autem Iouis altare pulchrum demisit hinnulum
Vbi panumphæo Ioui sacrificabant Achiui.

Hi autem postq; igitur uiderunt q; ex Ioue uenit auis
Magnis in Troianis, ruebant; recordati sunt aut pugnæ.
Tunc nullus prior Danaorum multorum existentium
Iactabatur Tydide ante tenere ueloces equos
Curruq; expellere, & contra pugnare.

Sed longe primus Troianorum interfecit uirū armatū
Phradmonidē Agelaū. hic quidē ad fugā uertit equos.
Huic autem uerso dorso in lanceam fixit
Humerorum in medio: per autem pectora penetravit.
Cecidit autē à curribus: resonuerunt aut arma sup ipso.
Hunc autem post Atridæ Agamemnon & Menelaus.
Hos autem post Aiaces audacem induti fortitudinem.

Agamē /
non præ /
lium in /
staurat .

Hos autem post Idomeneus & minister Idomenei

Meriones similis Marti homicidæ.

Hos autem post Eurypylus Euemonis illustris filius.

Teucer autem nonus uenit reflexos arcus tendens.

Stetit autem sub Aiakis scuto Telamonidæ.

Tunc Ajax quidem subducebat scutum. sed hic heros

Aspiciens postq̄ aliquem sagittans in multitudine

Percussit. hic quidem rursus cadens animum perdebat.

Sed hic rursus iens puer tanquã sub matrẽ ingrediebat

In Aiacem: hic autem ipsum scuto cooperuit splendido.

Tunc quẽ primũ Troianorũ interfecit Teucer eximius?

Orsilochum quidẽ primum, & Ormenũ, & Ophelestẽ,

Dætoraq̄; Chromumq̄; & diuinum Lycophontem,

Et Polyæmonidem Amopaonem, & Menalippum.

Omnes eximios admouit terræ multapasceni.

Hunc autem uidens lætatus est Rex uirorũ Agamẽnon,

Arcu cum forti Troianorum per dentem phalanges.

Stetit autem apud ipsum iens, & ipsum ad uerbũ dixit.

Teucere dilectum caput Telamonie princeps populorũ

Percute sic, siquidem lumen Danais fies,

Patriq̄; Telamoni, qui te educauit paruulũ existentem;

Et te nothũ quãuis existentẽ suscepit propria in domo.

Hunc & longe existentem in gloriam ascendere fac.

Tibi autẽ ego promitto sicut & perfectum erit.

Si mihi dabit Iupiter Aegiochus & Minerua

Troiaẽ destruere bene ædificatam urbem;

Primo tibi post me præmium in manu ponam;

Vel tripoda, uel duos equos ipsis curribus;

Vel mulierem, quæ tibi unum lectum ingreditur.

Hunc autem respondens allocutus est Teucer eximius.

Teuceri
calliditas

Teucer
subter fra-
tris scutũ
delitescẽs
plures oc-
cidit.

Com-
parat
pauca

Teucer
Hecuba
Hecuba

Atride illustrissime cur me festinantem & ipsum
 Concitas? non quidem tibi quanta potentia adest
 Cesso. sed ex quo ad Troiam repulimus ipsos,
 Ex eo iam arcubus uidens uiros interficio.

Octo iam præmisi extensas cuspideshabentes sagittas:
 Omnes autem in corpore fixæ sunt bellicosorum iuuenum.
 Hunc autem non possum percutere canem rabidum.

Dixit, & aliam sagittam à neruo misit
 Hectorem contra: percutere autem ipsum desyderabat animus.
 Et hic quidem aberrauit. hic autem eximium Gorgythionem
 Filium bonum Priami in pectore percussit sagitta.

Hunc ex Aesymo nupta peperit mater
 Pulchra Castianira corpore similis Deabus.

**Compa-
 ratio pa-
 ueris .** Papauer autem sicut ex una parte caput iacit quod in horto
 Fructu graue humiditatibusque uernis.

Sic ex una parte inclinauit caput galea grauatum.
 Teucer autem aliam sagittam à neruo misit
 Hectora contra: percutere autem ipsum desyderabat animus.

Sed hic & tunc aberrauit (auertit enim Apollo)
 Sed Archeptoleimum audacem Hectoris aurigam
 Euntem ad bellum percussit pectore apud mammillam.

Cecidit autem ex curribus. recesserunt autem equi
 Veloces. huius autem rursus soluta est animaque roburque.
 Hectora autem grauis dolor cooperuit mentibus aurige.

Hunc autem postea dimisit & tristis socio:
 Cebriionem autem iussit fratrem prope existentem

Equorum habenas accipere. hic autem neque non persuasus est animus
 Ipse autem ex curru humum desiliit splendido (diens)

**Teucrum
 Hector
 cōpescit .** Terribiliter uociferans. hic autem saxum accepit manus.
 Iuit autem aduersus Teucrum. percutere autem ipsum animus inebat.

Hic autem pharetra ex cepit amaram sagittam :
 Posuit aut in neruo. hunc aut rursus galea pulchra hñs
 Retro trahētē apud humerū ubi iūctura cepat (Hector
 Cervicemq; pectusq; , maxime autem letale est .
 Ea in eius promptum percussit lapide aspera .
 Rupit autē eius neruū , inclinata est aut manus in uola .
 Stetit aut genu flexo cadēs . arcus autem eius excidit ma
 Ajax autem non neglexit fratrem cadentem . (nu .
 Sed currens adiuit , & eius scutum cooperuit .
 Hunc quidem postea adiuerunt duo socij
 Mecisteus Echi filius , & diuinus Alastor
 Naues in concauas portarunt grauiiter suspirantem .
 Postea at iterū Troianis cœlestis i fortitudinē cōcitauit .
 Hi autem uersus uallum profundū impulerunt Achiuos .
 Hector autem in primis ibat fortitudinē superbiens .
 Sicut autem qñ aliquis canis aprum syluestre uel leonē
 Insequitur retro pedibus uelocibus confisus ,
 Coxasq; crures uersusq; uidet .
 Sic Hector insequēbatur comatos Achiuos
 Semper interficiens ultimum : ipsi autem perterrebant .
 Sed postq̄ per uallum defossam iuerunt
 Fugiētes , multi aut domiti sunt Troianorū sub manibus .
 Hi quidem iam apud naues firmati sunt manentes
 Inter seq; hortantes , & omnibus Deis
 Manus eleuantes ualde supplicabant unusquisq; .
 Hector autē circūuertebat pulchros crines hñtes e quos
 Gorgonis oculos habens , & sanguinarij martis .
 Hos aut uidens miserta est Dea albasulna habens Iuno .
 Statim autem Mineruam uerba uelocia allocuta est .
 Heu Aegiochi Iouis filia , non nos .

Iuno mi
 serata ca
 suz Grec.
 Pallades
 alloquit.

Interfectis Danais dolebimus ultimo?
 Hi autem iam malam mortem perficientes pereunt
 Viri unius impetu: hic autem furit, neque toleranter
 Hector Priamides, & iam mala multa fecit.

Hanc autem rursus allocuta est Dea glaucos oculos hinc Minerva
 Et ualde hic fortitudinem animumque perdet (nerua.
 Manibus sub Argiuorum corruptus in patria terra.
 Sed pater meus mentibus furit non bonis,
 Impius semper, iniustus, mearum fortitudinum impeditor.
 Neque aliquid horum recordatur pro ei ualde sepe filium
 Consumptum saluauit sub Eurysthei certaminibus.
 Certe hic quidem flebat ad caelum. sed me Iupiter
 Huic auxiliantem a caelo misit.

Si enim ego haec sciuissem in mentibus prudentibus,
 Quando ipsum in inferni portas benefactus hinc misit
 Ex erebo ducentem canem odiosi inferni,

Hercules
 ab inferis
 redit be-
 neficio
 Palladis.

Non utique fugisset stygis aquae fluenta.
 Nunc autem me quidem odit: Thetydis autem perfecit consilia,
 Quae genua osculata est, & accepit manu barbam,
 Supplicans honorare Achillem urbis populatorem.
 Erit quidem quando rursus dilectam Glaucopidem dicet,
 Sed tu quidem nunc nobis para unius ungule equos,
 Donec ego iens Iouis domum Aegiochi
 Armis in bellum armabor, ut uideam

Si nobis Priami filius galeae discoloris Hector
 Laetabitur spectantibus super belli transitus:

An aliquis & Troianorum saturabit canes & aues
 Pinguedine & carnibus cadens in nauibus Achiuorum.
 Sic dixit, neque non persuasa est Dea albas uulnashinc Iuno.

Haec quidem iens aureas habenas habentes equos

Iuno

Iuno antiqua Dea filia magni Saturni.

Sed Minerva filia Iouis Aegiochi

Velum quidem de posuit subtile patris in pavimento

Pulchrum, quod ipsa fecerat & laborauerat manibus.

Hæc autem lorica induēs Iouis nebularūcōgregatoris

Armis in bellum armabatur lachryosum.

In autem currū splendidū pedibus iuit. accepit autē lācēā

Grauem, magnam, fortem; hac domabat turmas uirorum

Heroum quibusq; irasceret fortē patrem habens.

Iuno autem flagello uelociter concitabat equos.

Sua sponte autē portæ apertæ sunt cœli, quas custodiūt

Quibus est curæ magnum cœlum olympusq; (Horæ:

Et declinare obscuram nebulam & imponere.

Eā per ipsam ueloces impellebam equos.

Iupiter autē pater ab Ida postq̄ uidit, iratus ē grauiter.

Irim autem cōmouit aure aspēnashabentem nuntiam.

Vade age Iris uelox, iterum uerte, neq; sine coram

Venire; non enim bene coibimus in bellum.

Sic enim dico: hoc & perfectum erit.

Infringam quidem ipsis sub curribus ueloces equos;

Ipsas autem ex curru iaciam, & currus frangam.

Neq; in decem perfectos annos

Ultera sanabunt, quæ ceperit fulmen;

Vt cognoscat Glaucopis quando suo patri pugnabit.

Iuncnem autem non tantum actuso, neq; irascor.

Semper enim mihi cōsuetæ est impedire quicqd̄ itelligo.

Sic dixit. mota est autem Iris uelox nuntia.

Iuit autem ab Idæis montibus in magnum olympum.

Primis autem portis fortis olympi

Obuians detinuit. Iouis autem ipsis dixit uerbum.

Home. Ilias.

m

Iris mit-
ticur ad
Iunoneq;
& Palla-
dem.

Quò promptæ estis? cur uobis in mentibus furit cor?
 Non sinet Saturnides auxiliari Argiuis.
 Sic enim mnatus est Saturni filius si perficiat
 Frangere quidem uobis sub curribus ueloces equos;
 Ipsas autem ex curru iacere, & currum frangere;
 Neq; in decimos perfectos annos
 Vulnera sanabitis quæ tanget fulmen.
 Ut scias Minerua quando tuo patri pugnabis.
 Iunoni autem non tantum succenset, neq; irascitur:
 Semper enim ei cõsuevit impedire quicquid intelligit.
 Sed tu grauissima canis intrepida, si uere
 Audebis Iouem contra magnam lanceam eleuare.
 Hæc quidem sic dicens discessit pedibus uelox Iris.
 Sed Mineruam Iuno uerbum allocuta est.
 Heu Aegiochi Iouis filia, non amplius ego
 Nobis sino Iouem contra mortalium gratia pugnare:
 Quorum alius quidẽ corrupatur, alius autem uiuat
 Qui contingat, ille autem hæc quæ sapiens in animo
 Troianisq; & Danais iudicet sicut decens.
 Sic dicens retro uertit unius ungulæ equos:
 Quibus Horæ quidem soluerunt pulchros crines habentes
 Et hos quidẽ ligauerunt in splēdidis præsepibus. (equos;
 Currus autem acclinauerunt ad parietes splendidos.
 Ipsæ autem aureis in sedibus sederunt
 Simul cum alijs Dijs dilectum tristes cor.

Iupiter
 cum Pal
 lade &
 Iunone.

Iupiter autẽ pater ex Ida pulchras rotas hñtẽ currũ &
 Ad cælũ impulit: Deorum autem iuit sedes. (equos;
 Huic autem & equos quidem soluit inclytus Neptunus:
 Currus autem circa altaria posuit uestimẽta extendẽs.
 Ipse autem auream in sedem late sonans Iupiter

Sedit. huic autē sub pedibus magnus motus est olympus.
 Hæ autem solæ Iouem circum Mineruaq; & Iuno
 Sederunt: neq; ipsum alloquebatur, neq; interrogabant.
 Sed hic cognouit suis in mentibus, locutus estq;
 Cur sic tristes estis Minerua & Iuno;
 Non quidem laborastis pugna in gloriosa
 Destruere Troianos, quibus iram grauem posuistis.
 Omnino quæ mea potentia & manus intangibiles
 Non me uerterent quot Dei sum in olympo.
 Vobis autem prius tremor accepit splendida membra,
 Quàm bellumq; uidere, belliq; curiosa opera.
 Sic enim edico: hoc & perfectum erit.
 Non in uestris curribus percussæ fulmine
 Retro in olympum ibitis ubi immortalium sedes est.
 Sic dixit. hæ autē suspirauerunt Mineruaq; & Iuno.
 Propinquæ hæ sedebāt, mala autē Troianis cogitabāt.
 Certe Minerua taciti erat, neq; aliquid dixit.
 Irati Ioui patri: dolor autem ipsam magnus tenebat.
 Iuno autem non tenuit pectore iram, sed allocuta est.
 Grauiissime Saturnide quod uerbum dixisti?
 Bene & nos scimus qd tibi fortitudo non subdita.
 Sed tamen Danais lugemus bellicosus,
 Qui iam malam mortem per ficientes pereunt.
 Sed bello quidem abstinebimus, si iubes.
 Consilium autem Argiuis dabimus, quod iuuabit,
 Ut non omnes peream irato te.
 Hæc autē respōdens allocutus est nebularū cōgregator Iu
 Aurora iam & magis potentem Saturnidem
 Videbis, si uolueris, pulchros oculos hñs uenerāda Iuno
 Perdentē Argiuorum magnum exercitiū bellicosorum?

Iunonis
cum Io/
ue alter/
catio.

Non enim prius à bello cessabit fortis Hector,
 Quàm cōcitare apud naues uelocempedibus Pelidem
 Die illo, quando hi quidem in puppibus pugnabunt
 Angustia in grauiſſima circa Patroclum cadentem.
 Sic enim fatatum est. te autem ego non curo
 Iratam; neq; si ultimos fines adires
 Terræ & maris: ubi Iapetusq; Saturnusq;
 Sedentes, neq; splendore supereuntis solis
 Delectantur neq; uentis: profundus. n. tartarus circum.
 Neq; si hinc abires errans: neq; te ego
 Iratam curo: quoniam non te peius aliud.
 Sic dixit. hūc autem nō allocuta est albasulnashns Iuno.
 In autem cecidit Oceano splendidum lumen solis
 Trahens noctem nigram in fertilem terram:
 Troians quidem inuitis occidit lumen; sed Achiuis
 Grata multum rogata uenit nox.
 Troianorum autem concionem fecit illustris Hector
 Seorsum à nauibus ducens fluuio in uorticibus pleno
 In puro, ubi mortuorum apparebat locus.
 Ex equis autem descendētes in terram uerbū audiebāt,
 Quod Hector cōcionatus est Ioui dilectus, in aut manu
 Lanceam tenebat undecim cubitorū. ante aut splēdebat
 Cuspis ærea. circum autem aureus erat annulus.
 Hac hic firmatus uerba uelocia allocutus est.
 Audite me Troiani & Dardani & auxiliares.
 Nunc dicebam naues destruens & omnes Achiuos
 Retro redire ad Troiam uentosam:
 Sed antea obscuritas uenit, quæ nunc saluauit maxime
 Arguios & naues in littore maris.
 Sed nunc quidem pareamus nocti nigræ.

Cœnas præparemus. sed pulchrorum crinium equos
 Soluite sub curribus: apud aut ipsos ponite cibum.
 Ex ciuitate autem ducite boues, & pingues oues
 Statim. uinum autem suaue emite
 Panemq; ex domibus, & ligna multa colligite.
 Ut per totam noctem usq; ad Auroram matutinam
 Comburamus pyras multas: splendor autem in cœlū eat.
 Ne aliquo modo & per noctem comati Achiui
 Fugere ruant in lata dorsa maris:
 Ne quidem sine cura naues ascendam taciti.
 Sed ut aliquis uulnere & domi cadat
 Percussus, uel sagitta, uel lancea acuta
 Nauem ascendens ut aliquis oderit & alius
 Troianis equestribus inferre lachrymosum bellum,
 Præcones autem in ciuitatem Ioui dilecti annuncient
 Filios pubescentes, canosq; senes
 Diligere circa ciuitatem à Deo ædificatis in turribus.
 Molles autem mulieres in domibus unaquæq;
 Ignem magnum incendant. custodia aut aliqua firma sit;
 Ne insidiæ intrent ciuitatem populis absentibus.
 Sic sit Troiani magnanimi, ut dico.
 Verbum autem quod quidē nunc sanum dictum sit.
 Hoc autem mane Troianis post equestribus dicam.
 Dico sperans Iouiq; alijsq; Dijs
 Expellere hinc canes à Parcis agitados,
 Quos Parcæ duxerunt nigris in nauibus.
 Sed in nocte seruemus nos ipsos.
 Mane autem sub Aurora cum armis armati
 Nauibus in concauis congregabimus uelocem Martē.
 Videbo si me Tydides fortis Diomedes

A nauibus ad murum repellet. an ego hunc
 Ære confodiens spolia cruenta feram.
 Cras suam potentiam uidebit, si meam lanceam
 Expectabit uenientem. sed in primis puto
 Iacebit uulneratus. multi autem circa ipsum focij
 Sole ascendente cras. utinam enim ego sic
 Sim immortalis & insenscens dies omnes,
 Honorarer, & sicut honoratur Minerva & Apollo;
 Quoniam nunc dies hæc malum fert Argiuis.
 Sic Hector cõcionatus est. Troiani autem uociferati sunt.
 Hi autẽ equos quidem soluerunt sub iugo sudantes.
 Ligauerũt autẽ capistris apud currus suos unusquisq̃.
 Ex ciuitate autem duxerunt boues & pingues oues
 Statim. uinum autem suaue emerunt:
 Panemq̃ ex domibus: ligna autem multa collegerunt.
 Fumum autem ex campo uenti ferebant coelum intra.
 Hi autem ualde exultantes in belli transitu
 Sedebant nocturni. pyra autem eis comburebat multa.
 Sicut autem quando in coelo stellæ lucidam circa Lunã
 Apparent manifeste, quando est sine uento aer.
 Apparentq̃ omnes speculæ uertices alti,
 Et ualles: ex coelo autem ruptus est multus aer:
 Omnia aut uidetur astra: lætatur aut mentibus pastor.
 Tot in medio nauium & Xanthi fluctibus
 Troianorum comburentium pyræ apparebant ab Ilio.
 Mille aut i cãpo pyræ cõburebant: apud aut unã quãq̃
 Sedebant quinquaginta: splendor ignis combustiui.
 Equi autem hordeum album comedentes, & auream
 Stãtes apud currus bonã sedehũtẽ Aurorã expectabãt.

Surrexit lachrymas fundens, sicut fons nigræ aquæ,
 Qui ab excelsa petra obscuram fundit aquam.
 Sic hic grauius suspirans uerba Argiuis locutus est.

O amici Argiuorum ductores & principes.

Agamē/
 non suis
 fugā suā/
 det.

Iupiter me ualde Saturnides detrimento ligauit graui

Impius, qui ante quidem mihi promisit & annuit

Troiam destruenti bene muratam redire:

Nunc autem malam deceptionē cōsultauit, & me iubet

Inglorium Argos ire, postquā multum amisi populū.

Sic Ioui futurum est potenti dilectum esse,

Qui iam multarum ciuitatum dissoluit summitates,

Ac item & soluet. huius enim potentia est maxima.

Sed age sicut ego dico sequamur omnes,

Fugiamus cum nauibus dilectam in patriam terram.

Non enim amplius Troiam capiemus latus ias habētē.

Sic dixit. hi autem omnes quiete facti sunt silentio.

Diu autem multi erant tristes filij Achiuorum.

Diome/
 des Aga/
 mēoni.

Tandem autem iam locutus est uocem bonus Diomedes.

Atride tibi primum pugnabo inscienti,

Sicut iustum est Rex in concione. tu autem ne ira scaris.

Potentiam quidē mihi primus impropèrasti in Danais

Dicens esse imbellem & impotentem. hæc autem omnia

Sciunt Argiuorum & iuuenes, & senes.

Tibi autem dupliciter dedit Saturni filius uersuti;

Sceptro tibi dedit honorari supra omnes;

Fortitudinem autem non dedit, quæ potētia est maxima

Infelix. sic ualde sperabas filios Achiuorum

Imbellesq; esse, & impotentes dicis?

Si autem tibi ipsi animus ruit ad redeundum

Abi; adest tibi uia. naues autem tibi propè mare

Stant, quæ te secute sunt ex Mycenis ualde multe.
 Sed alij manebunt comati Achiui,
 Donec Troiam destruxerimus. si autem & ipsi
 Fugiant cum nauibus dilectam in patriam terram;
 Nos autem ego Sthenelus pugnabimus, donec finem
 Troiæ inuenerimus. cum enim Deo ueni mus.

Sic dixit. hi autem omnes succlamauerunt filij Achiuorum
 Verbum admirantes Diomedis equestris.

His autem assurgens allocutus est equitator Nestor.

Tydide ualde quidem bello in fortis es,

Et consilio inter omnes cogtaneos es optimus.

Nullus tibi uerbum uituperabit quotquot Achiui,

Neq; iterum iterrogabit; sed non ad finem uenisti uerborum.

Certe quidem & iuuenis es, meus autem & filius esses

Junior generatione, sed sapientia dicis

Argiuorum Regibus, quoniam secundum decens dixisti.

Sed age ego qui te senior dicor esse,

Dicam & omnia finiam; neq; aliquis mihi

Verbum uituperabit, neq; Rex Agamemnon.

» Sine cognatione iniustus sine domo est ille,

» Qui bellum amat intestinum asperum.

Sed nunc quidem pareamus nocti nigrae

Cœnasq; præparemus. custodes autem singuli

Deligant ad uallum defossam murum extra.

Iuuenibus quidem hæc iniungo. sed postea

Atride tu quidem incipe. tu enim maximus Rex es.

Præbe conuiuium senibus. decet te. non aliquid indecens.

Plena tibi uino tentoria, quod naues Achiuorum

Quotidianæ ex Thracia in latum pontum ducunt.

Omnis tibi est susceptio: multis autem imperans;

Nestoris
uerba.

Multorum congregatorū alicui obedies qui optimum
 Consilium ualde autem oportet omnes Achiuos
 Bono & prudenti, quòd inimici propè naues
 Comburent pyras multas. quis in his lætabitur?
 Nos autem hæc uel uastabit exercitum, uel saluabit.

Sic dixit. hi aut̄ huic ualde quidē audiuerunt & obediue

Custodes autem cum armis ruerunt, (runt.

Circaq; Nestoridē Thrasymeda pastorē populorum,

Et circa Ascalaphum & Ialmenum filios Martis,

Circaq; Merionem Aphareumq; Deipyrumq;

Et circum Creantis filium Lycomedeam diuinum.

Septem erant ductores custodum. centū autem unicuiq;

Iuuenes simul ibant longas lanceas habentes.

In autem medio ualli & muri sedebant euntes.

Tunc aut̄ ignē incēderunt. posuerunt cœnā unusquisq;

Atrides autem senes congregatos duxit Achiuorum

In tētorium: apud autem ipsos posuit sufficiens cōuiuiū.

Hi autem in cibos paratos præpositos manus mittunt.

Sed postq̄ potus & cibi desyderium eiecerunt;

His senex primus facere cœpit consilium

Nestor, cuius & antea optimum apparuit consilium;

Qui ipsis bene prudens concionatus est, & dixit.

Atride gloriosissime Rex uirorum Agamemnon,

In te quidem finiam, à te autem incipiam; qm̄ multorum

Populorum es Rex; & tibi Iupiter dedit

Sceptrumq; & iura, ut cæteris consulas.

Propter hoc oportet ualde quidē dicere uerbū, & audī

Perficere autem & alij quando aliquē aiūs iubet (res

Dicere in bonum: tui autē habebit quicquid imperabit.

Sed ego dicam (sic mihi uidetur esse) optima.

Ascalaphus &
 Ialmenus
 Martis filij

Nestor
 rursus
 Agamemnonem

Non enim aliquis sententiã alius meliorẽ hat cogitabit,
 Qualem ego cogite, & diu, & item nunc,
 Ex quo huius quando diuine Briseida puellam
 Irati Achillis iniisti à tentorio auferens,
 Non secundum nostram cogitationem. ualde enim tibi
 Multa dissuasi. tu autem tuo magno animo
 Obediens uirũ optimũ, quẽ immortales honorauerunt,
 Inhonorasti. accipiens. n. habes præmiũ. sed etiã & nũc
 Cogitemus ut ipsum placantes per suadeamus
 Donisq; splendidis, uerbisq; suauibus.

Hunc rursus allocutus est Rex uirorum Agamemnon.

O senex nõ in aliquo mēdacio meas offēnsiones numera

Offendi; neq; ipse reuuo; pro multis (sti.

Populis est uir, quem Iupiter corde diligit.

Valde nunc hunc honorauit: cōsumpsit aut populũ Ach

Sed postq̃ offendi mentibus pñitiosis confisus. (uorum,

Iterum uolo placare, dareq; infinita dona.

Vobis autem omnibus inclyta dona nominabo.

Septem sine igne tripodas, decem autem auri talenta,

Splendidas autem lebetes uiginti, duodecim aut equos

Pingues præmiũ portantes, qui præmia pedibus repor

Neq; pauper esset uir, cui tot essent. (tant.

Neq; inops pretiosi auri,

Quot mihi tulerunt præmia solunguli equi.

Dabo autem septem mulieres præstantes opera scientes

Lesbides, quas quãdo Lesbũ bene edificatã accepit ipse,

Delegi, quẽ pulchritudine uincũt generatiões mulierũ.

Has quidem ei dabo. post autem erit quam tunc abstuli

Puellam Brisei, & in magnum iusurandum iuro

Nunquam lectũ ascendisse, & mistam esse.

Suadet
 Nestor re
 cõciliatio
 nẽ Achil
 lis.

Agamẽ
 non uult
 placare
 Achilles.

Sicut ius hominum est uirorum & mulierum.
 Hæc quidem statim omnia aderunt. si autem rursus
 Ciuitatem magnam Priami Dei dabunt destruere,
 Nauem sufficienter ære & auro impleat
 Ingrediens, quando diuidemus prædam Achiui;
 Troianas autem mulieres uiginti ipse deligat,
 Quæ post Argiuam Helenam optimæ sint.
 Si autem Argos uenimus Achaidum abundans campo,
 Gener mihi sit, honorabo autem ipsum æqualiter Oresti,
 Qui mihi unicus nutritur delitijs in multis.
 Tres autem mihi sunt filix in domo bene facta
 Chrysothemis, Laodice, & Iphianassa;
 Harum quam uelit dilectam indotatam ducat
 Ad domum Pelei. ego autem dotes dabo
 Multas ualde, quot nullus suæ dedit filix.
 Septem autem ei dabo bene habitatas urbes:
 Cardamylem, Enopemq; & Hiram arbosam,
 Pherasq; diuinas, & Antheam multorumpratorum,
 Pulchramq; Aepeam, & Pedasum circumdatâ uineis.
 Omnes autem propè mare habitantur Pyli harenosi.
 In eis autem uiri habitant multorû agnorû, multorû bouû,
 Qui ipsum dolis Deum tanquam honorabunt;
 Et qui sub sceptro abundantes perficient iustitias,
 Hæc ei perficiam cessanti ab ira.
 Domitus sit Pluto tibi implacabilis, & indomitus;
 Quoniam & hominibus Deorû inimicissimus omnium,
 Et mihi subijciatur quanto maior Rex sum.
 Et quanto generatione antiquior dicor esse.
 Huic autem respōdit postea honoratus equitator Nestor.
 Atride gloriosissime Rex uirorum Agamemnon.

Dona quidem non adhuc actusabilia das Achilli Regi.
 Sed age inelytos concitemus, qui uelocissime
 Eant in tentorium Pelidæ Achillis.
 Eia age hos ego uidebo. hi autem obediant.
 Phenix quidem primum Ioui dilectus sit Dux;
 Sed postea Aiaxq; magnus, & diuinus Vlysses.
 Præconum autē Odiusq; et Eurybates simul sequebant.
 Ferte autem manibus aquam, precariq; iubete,
 Ut Iouem Saturnidem placemus, si misereatur.
 Sic dixit. his autem omnibus placitum uerbum dixit.
 Statim præcones quidem aquam in manus fuderunt.
 Iuuenes autem crateras coronauerunt potu;
 Diuiferunt autem omnibus incipientes populis.
 Sed postq; libauerunt biberuntq; quantū uoluit animus,
 Ruunt ex tentorio Agamemnonis Atridæ.
 His autem multa iussit honoratus equitator Nestor
 Innuens in unumquenq;, Vlyssi autem maxime
 Tentare, ut persuadeat eximium Pelidem.
 Hi autem iuerunt ad littus resonantis maris
 Multa ualde supplicantes Neptuno terramquatienti
 Facile persuadere magnas mentes Aeacidæ.
 Myrmdonum autem inq; tentoria & naues iuerunt:
 Hunc aut inuenerunt mentē delectantē cythara canora,
 Pulchra, uaria; argenteum autem iugum erat;
 Quam accepit ex spolijs ciuitatem Eetionis destruens.
 Hac aut hic animū delectabat; canebat aut laudes uirorū.
 Patroclus autem ei solus contrarius sedebat silentio
 Expectans Aeacidem quando simret canens.
 Hi autē iuerunt ante; antecedebat aut diuinus Vlysses;
 Steterunt autem ante ipsum. admiratus autem ruit

Mittunt
 legari ad
 Achilles.

Achilles
 cithara ca-
 nit, & cu-
 ius sit.

Ipsa cum cythara, relinquens sedem ubi sedebat.
 Sic autē eodē mō Patroclus, postq̄ uidit uiros, surrexit;
 Hos & ostendens allocutus est pedibus uelox Achilles.
 Saluete certe amici uiri uenistis: erat ualde opus:
 Qui mihi irato Achiuorum amicissimi estis.
 Sic uociferans anteduxit diuus Achilles.
 Sedere autem fecit in sedibus, tapetibusq̄; purpureis;
 Statim autem Patroclū allocutus est propē existentem.
 Maiorem autem crateram Menecij fili appone.
 Meratius autem misce: poculum autem para unicumq̄.
 Hi enim charissimi uiri mea sub sunt domo.
 Sic dixit. Patroclus autem dilecto obediuit socio.
 Sed hic cæcubum magnum posuit in ignis splendore:
 In ipso autem tergum posuit ouis & pinguis capræ;
 In ipso autem porci pinguis lūbūq̄; tenerū pinguedine.
 Huic at tenebat Automedō, incidebat at diuus Achilles.
 Et alia q̄ dē bñ minutati incidebat, et i ueribus trāssige
 Ignē at Meneciades accēdebat magnū diuus uir. (bat.
 Sed postq̄ ignem accendit, & flamma extincta est,
 Prunam sternens uerua de super posuit:
 Spar sit autem sale admirabili petris imponens.
 Sed postq̄ assauit & in mensis posuit:
 Patroclus quidem panem accipiens distribuit in mensa
 Pulchris in canistris: sed, carnem distribuit Achilles.
 Ipse autem e contrario sedit Vlyssis diuini
 Pariete altero: Deis autem sacrificare iussit
 Patroclū suum socium. hic autem in igne iecit libamētū
 Hi autem in cibos paratos præiacentes manus miserunt.
 Sed postq̄ potus & cibi amorem eiecerunt,
 Innuit Ajax Phœnici: intellexit autem diuinus Vlysses.

Patro /
 clus con
 utuū pa
 rat lega
 tis.

Faunim
 bs hegl
 ellib A

ellib A
 etroch
 in 2, in
 an pa

Ajax
 Phœnici.

Implens autem uino poculum excepit Achillem.
 Salue Achilles, conuiuij quidem æqualis nõ indigentes,
 Et in tentorio Agamemnonis Atridæ
 Ac & hic nunc: adsunt enim placita multa
 Comedere: sed non conuiuij desiderati opera sunt curæ.
 Sed ualde magnum exitium diuine inspicientes
 Timemus: in dubio autem saluari uel perire
 Naues benetabulatas: nisi tu induas fortitudinem.
 Propè enim & murum castra posuerunt
 Troiam magnanimi gloriosiq; auxiliatores,
 Accendentes pyras multas in exercitu: neq; adhuc dicunt
 Cohiberi, sed in nauibus nigris cadere.
 Iupiter autem ipsis Saturnides bona signa ostendens
 Fulgurat: Hector autem ualde robore superbiens
 Furit terribiliter, confusus Ioue: neq; honorat
 Vir os neq; Deos: fortis autem ipsum rabies induit.
 Optat autem citissime apparere Auroram diuinam;
 Firmauit enim nauium abscindere alta rostra,
 Ipsasq; urere corruptiuo igne.
 Sed Græcos interficere apud ipsas turbatos à fumo.
 Hæc ualde timui in mente, ne ei minas
 Perficiant Dei: nobis autem iam fatatum est
 Corrumpi in Troia longe ab Argo equos nutriente.
 Sed surge si distulisti, & tarde filios Achiuorum
 Consumptos libera à Troianorum tumultu.
 Ipsi tibi postea dolor erit: neq; excogitatio
 Facti mali est me delam inuenire: sed multo prius
 Consydera, ut Danais expellas malum diem.
 O amice certe quidem tibi pater iussit Peleus
 Die illo, quando te ex Phthia Agamemnoni misit.

Vlysses
 Achilli.

Fili mi fortitudinem quidem Mineruaq; & Iuno
Dabunt, si uoluerint. tu autem magnum animum
Tene in pectoribus. amicitia enim melior.

Desine autem ab ira malæ cogitationis, ut te magis
Honorent Argiuorum & iuuenes.

Sic iussit senex. tu autem oblitus es; sed etiam & nunc
Cessa; linque & iram animi doloris. tibi autē Agamēnō
Digna dona dabit cessanti ab ira.

Eia tu quidem me audi; ego autem & tibi numerabo
Quot tibi in tentorijs promisit dona Agamemnon.
Septem nō admotas igni tripodes, decē autē auri talēta,
Splendidas autem lebetes uiginti, duodecim autē equos
Pingues premiū portātes, q̄ præmia pedibus portarūt.
Non pauper esset uir, cui tot essem;
Neq; inops pretiosi auri,

Quot Agamemnonis equi præmia pedibus reportarūt.
Dabit autē septem fœminas præstantissimas opera sciētes
Lesbides; quas, quādo Lesbū bene ædificatā cepisti ipse,
Delegit; q̄ tūc pulchritudine uicebāt ḡnrationes mulierū.
Has quidem tibi dabit. postea autē erit quā tūc abstulit
Puella Brisei; & magnū iusiurandū adiurat
Nunquam lectum ascendisse, & mixtam esse,
Sicut ius est Rex & uirorum, quodq; fœminarum.

Hæc quidem statim omnia aderunt. si autē rursus
Ciuitatem magnam Priami dabunt destruere,
Naues abunde auro & ære oneret
Ingressus, quando diuidemus prædam Achiui.
Troianas autem fœminas uiginti ipse capiat,
Quæ post Arguam Helenam pulcherrimæ sunt.
Si autem Argos ibit Achaicum abundans auro,

Gener ei sis: honorabit autem te æqualiter Oresti,
 Qui ei unicus educatur delitijs in multis.
 Tres autem ei sunt filiae in domo bene compacta,
 Chriothemis, & Laodice, & Iphianassa;
 Harum quam uolueris dilectam indotatam ducat
 Ad domum Pelei: hic autem dotes dabit
 Multas ualde, quot non aliquis suæ dedit filiae.
 Septem autem tibi dabit bene ædificatas urbes,
 Cardamilem, Enopemq; & Hirem herbosam;
 Pherasq; diuinas, & Antheam pratosam;
 Pulchramq; Epeam & Pedasum uitis plenam.
 Omnes autem propè mare habitantur Pyli harenosæ.
 In ea aut uiri habitant multorumagnorū, multorūbōū,
 Qui te domus Deum tanquam honorabunt:
 Et tibi sub sceptro abundantes perficient iustitias.
 Hæc tibi perficiet cessanti ab ira.
 Si autem tibi Atrides quidem odio est corde magis
 Ipse & eius dona, tu autem alios Græcos
 Consumptos miserare in exercitu, qui Deum tanquam
 Honorabūt: certe. n. ipsis ualde magnā gloriā attolles.
 Nunc. n. Hectora interficies; qm̄ ualde te propè uenit
 Rabiem habens perniciosam; qm̄ nō aliquē dicit similē
 Ei esse Danaorum, quos huc naues portarunt.
 Hunc autem rñdens allocutus est pedibus uelox Achilles.

Achilles
 Vlyssi.

Iouigena Laertiade prudentissime Vlysses,
 Oportet quidem iam orationem aperte refutare.
 Sicut iam cogitoq; & sic perfectum erit.
 Ut non mihi gematis assidentes aliunde alius.

Inimicus enim mihi ille similiter inferni portis,
 Qui aliud quidem occultat in mētibus, aliud aut dicit.

Sed ego dicam sicut mihi uidetur esse optima.
 Neque me Atridem Agamemnona persuadere puto,
 Neque alios Græcos: quoniam non aliqua gratia est
 Pugnare inimicis cum uiris incessanter semper.
 Aequalis portio manenti etsi ualde aliquis pugnet,
 „ In autem æquali honore & malus ac & bonus,
 „ Et moritur æqualiter, & ociosus uir, & multa faciens.
 Neque aliquid mihi superflue est, quàm passus sum dolores
 Semper meam animam in periculo iaciens pugnare. (aio,
 Sicut autem uis in plumibus pullis affert
 Escam postquam accepit: male autem ei est ipsi.
 Sic & ego multis quidem in somnibus noctibus usus sum:
 Dies autem cruentos pertransui pugnans,
 Viris prælians, foeminarum gratia uestrarum.
 Duodecim autem cum nauibus ciuitates destruxi hominum;
 Pedester autem undecim dico circa Troiam fertilem.
 His ex omnibus opes multas & bonas
 Delegi, & omnia ferens Agamemnoni dedi
 Atridae. hic autem postea manens apud naues ueloces
 Suscipiens, per pauca diuisit, multa autem tenuit.
 Sed optimis dedit dona & regibus.
 His quidem firma iacent: me autem à solo Achiuorum
 Accepit: habet autem uxorem gratam, qua fruens
 Delectatur. cur autem oportet bellare Troianis
 Argiuos? cur autem populum duxit huc congregans
 Atrides? an non Helenæ causa pulchros crines habentis?
 An soli diligunt uxores mortalium hominum
 Atridae? quoniam quicumque bonus & sapiens
 Suam ipsius diligit & curat. sic & ego hanc
 Ex animo diligebam captiuam quamuis existentem.

Nūc autē postq̄ ex manibus donū accepit, & me de cepit;
 Ne me tentet bene scientem. non enim me persuadēbit.
 Sed Vlysses tecumq; & alijs regibus
 Consultet nauibus expellere combustiuum ignem.
 Certe quidem iam ualde multum laborauit sine me:
 Et iam murū ædificauit, & fabricauit uallū apud ipsum
 Latum magnum: in autē ipso palos defixit.
 Sed neq; sic potest fortitudinem Hectoris homicidæ
 Prohibere. donec autem ego cum Græcis pugnabam,
 Non uoluit pugnam longe à muro mouere Hector.
 Sed quātum in scæasq; portas & fagum uenit,
 Hic aliquñ solum expectauit: uix autē mei effugit ipetū.
 Nunc autem: quoniam nolo pugnare Hectori diuino,
 Cras sacra Ioui faciens & omnibus Dijs,
 Congregans bene naues ad altum mare protrahant:
 Videbis, si uolueris, & si tibi hæc curæ sunt.
 Mane ualde Hellepontum in piscosum nauigantes
 Naues meas: in ipsis autem uiros remigare promptos.
 Si autem bonam nauigationē dabit inclytus Neptunus,
 Die tertio Phthiam fertilem ibo.
 Sunt autē mihi ualde multa, quæ liqui huc cū corruptioē
 Aliud autem hinc aurum, & æs rubrum, (ueniens
 Et fæminas graciles, albumq; ferrum
 Ducam, quæ sortitus sum: præmium autē mihi qui dedit,
 Rursus iniurians accepit rex Agamemnon
 Atrides. propter hoc omnia concionare, ut iubeo
 Aperte, ut & alij irascantur Achiui,
 Siquem Danaorum adhuc sperat decipere,
 Semper impudentiam indutus; neq; mihi
 Tolerabit. caninus quāuis existens in uultum uidere.

I L I A D I S

Neq; ei consilia consultabo, neq; opus.
 Nam iam me decepit & peccauit, neq; item rursus
 Decipiet uerbis. sat autem ei, sed tacitus
 Corruptatur. nam ei mētes abstulit consiliarius Iupiter.
 Odiosa autē mihi huius dona. honoro autē ipsum in mor
 Neq; si mihi deciesq; & uicies tot daret, (tis parca.
 Quot ei nunc sunt, & si unquā alia erunt;
 Neq; quot in Orchomenū inferuntur: neq; quot Thebas
 Aegyptias, ubi multæ domibus possessiones iacent:
 Quæ centum portarum sunt: ducenti autē in unaquaq;
 Viri egrediuntur cum equis & curribus.
 Neq; si mihi tot daret, quot harenaq; puluisq;.
 Neq; sic adhuc animum meum persuadebit Agamēnon
 Ante omne mihi dare dolorosum nocumentum.
 Puellā autem non ducā in uxore Agamēnonis Atridæ:
 Neq; si aureæ Veneri pulchritudine contendat:
 Operibus autē Mineruæ glaucos oculos hñti sit æqualis:
 Neq; ipsam ego uxore ducā. hic autē Achiuorū aliū eli
 Qui ei conueniat, & qui ei maior rex sit. (gat,
 Si enim iam me saluabunt Di, & domum ibo,
 Peleus mihi postea mulierem ducet in uxorem ipse.
 Multæ autem Achaides sunt in Eledaq; Phthiamq;
 Puellæ optimorum qui ciuitates custodiunt,
 Quarum si uoluerō dilectam faciam uxorem.
 Illuc autem mihi ualde multum irruit animus magnus
 Ducenti sponsam uxorem similem uxorem
 Possessionibus deletari, quas senex acquisiuit Peleus.
 Non enim mihi animæ contra dignū, neq; quot dicunt
 Troiam possidere bene habitatam urbem
 Ante in pace, quàm uenire filios Achiuorum:

Achilles
 dōa Aga
 memen.
 asperna /
 tur, nec
 reconci /
 liari uult.

Neq; quot lapideum limen emissoris intra continet
 Phœbi Apollinis Pytho in saxosa.
 Prædabiles quidem enim boues & pingues oues
 Possessi & tripodes, & quorum flaua capita.
 Viri autem anima rursus uenire neq; prædabilis
 Neq; acceptabilis postquã transiuit septum dentium.
 Mater. n. me dicit Dea Thetis argento similes pedeshñs
 Duplices parcas ferre mortis ad finem.
 Si quidem illic manēs Troianorum ciuitatem circa pu-
 Peribit mihi reditus: sed gloria icorrupta erit. (gnabo;
 Si autem domum ibo dilectam in patriam terram,
 Peribit mihi gloria boni: super diu autem mihi ætas
 Erit: neq; me celeriter finis mortis inueniet.
 Et alios ego admonebo
 Domum nauigare: postquã nō amplius inuenitis finē
 Troiæ altæ. ualde enim altesonans Iupiter
 Manum suam super habere audent enim populi.
 Sed uos quidem euntes optimis Achiuorum
 Nuntium dicite, (hoc enim munus est senum)
 Ut aliud consultent in mentibus consilium melius,
 Quod ipsis nauesq; saluet & populum Achiuorum
 Nauibus in concavis: quoniam non ipsis hoc aptum,
 Quod nunc consultauerunt me irato.
 Phœnix autem illic apud nos manens dormiat,
 Ut me in nauibus dilectam in patriam sequatur
 Cras si uoluerit: necessitate autem non ipsum ducam.
 Sic dixit. hi autem omnes quiete facti sunt silentio,
 Verbum admirantes: ualde enim fortiter negauit.
 Tandem autem iam dixit senex equitator Phœnix
 Lachrymis plenus, ualde. n. timebat nauibus Achiuorū.

Anima
 semel ef-
 flata non
 quã remi-
 grare po-
 test.

Phœni-
 cis ad A-
 chillen
 oratio.

Siquidē iam reditum in mentibus illustrissime Achilles
 Mittis, neq; omnino expellere nauibus uelocibus
 Ignem uis no ciuum: quoniam ira incidit animo:
 Quomodo postea à te dilecte fili hic relinquitur
 Solus? tibi autem me misit senex equitator Peleus
 Die illo, quando te ex Phthia Agamemnoni misit
 Infantem nondum scientem grauis belli;
 Neq; concionum: illicq; uiri gloriosi fiunt.
 Propterea me prae misit docere haec omnia,
 Verborumq; rhetorem esse, factoremq; operum.
 Ideo postea à te dilecte fili non uolo
 Linqui: neq; si mihi promitteret Deus ipse
 Senectutem abradens ponere iuuenem pubescentem;
 Qualē, qñ primū reliqui Hellada pulchras mulieres ha
 Fugiēs cōtentiones patris Amyntoris Ormenidæ; (bētē,
 Qui mihi pelice iratus est pulchras comas habente,
 Quam ipse diligebat: inhonorabat autem uxorem
 Matrem meam. haec autem semper me orabat genibus
 Pelici miseri, ut fastidiret senem.
 Huic obe diui & feci. pater autem meus statim sciens
 Multa execratus est: odiosas autem inuocauit Erinnes
 Nunquam genibus suis sedere facere dilectum filium
 Ex me genitum. Dei autem perfecerunt execrationes;
 Iupiterq; infernalis & grauis Proserpina.
 Tunc mihi non amplius omnino repressus est in mēte
 Patris irati in domo uersari. (bus animus
 Certe quidē multum amici & propinqui circa exntes
 Ipsius precantes detinebant in domibus.
 Multas aut pingues oues & curuis pedibus nigras bo
 Mactabant: multi autem porci iuuenes unctioe (uos

Inflammati extendebantur per flammam ignis.
 Multum autem ex dolijs uinum bibebatur senis.
 Nouem noctes autem me circa ipsum noctes uigilarūt.
 Hi quidē mutati custodias habebant: neq̄ unq̄ extinctus
 Ignis. aliter quidem in fornice bene munitæ aulæ: (erat
 Alius autem in uestibulo ante cubiculi ianuas.
 Sed quando iam decima uerit nox obscura,
 Et tunc ego cubiculi ianuas dense compactas
 Rumpens exiui, & super salij septum aulæ
 Facile latens, custodesq̄; uiros famulasq̄; mulieres
 Fugiens postea longe per Hellada spaciosam
 Ad Phthiam ueni fertilem matrem ouium,
 Ad Peleum. hic autem promptus suscepit,
 Et me dilexit tanquā pater suum filium diligit
 Solum unicum multis in possessionibus;
 Et me diuitem fecit. multū autem mihi dedit populum.
 Habitabā autē in extrema Phthia Dolopibus imperās.
 Et te tantum feci Deis similis Achilles
 Ex animo diligens: quoniam nolebas cum illo,
 Neq̄ in conuiuium ire, neq̄ in domibus comedere
 Antea, quādo iam te in meis ego genibus sedere faciēs.
 Obsonioq̄; satiaui præcidens & uinum præbens.
 Sæpe mihi profudisti in pectoribus uestem
 Vino singultans in infantia tristi.
 Sic in te ualde multa passus sum, & multa laboraui:
 Quæ cogitans q̄ mihi non Dei filium perfecerunt
 Ex me; sed te filium Deis similis Achilles
 Feci, ut mihi aliquando indecentem mortem expellens.
 Sed Achilles doma animum magnum: neq̄ te oportet
 Sæuum cor habere. uertibiles autem & Dei ipsi

Dij quā/
uis natu
radignio
res, no/
bis pla/
cantur.

Præces
Iouis fi/
liæ sunt.

Quorum & maior uirtus honorq; potentiaq;
Et quidem hos sacrificijs & supplicationibus mitibus
Libamentisq; fumoq; uertebant homines
Precantes; qñ aliquis transgrediebatur uel peccabat.
Etenim preces sunt Iouis filia magni,
Claudæq; rugosæq; strabæq; oculo,
Hæ & postea offensam curanti euntes.
Offensa autem robusta; & integra. ideo omnes
Longe præcurrit: peragratur autem omnem in terram
Lædens homines. hæ autem tacitæ sequuntur retro.
Qui quidem uenerabitur filias Iouis propè euntes;
Hunc ualde iuuant, & exaudiunt precantem.
Qui autem renuit, & fortiter negat,
Precantur hæ Iouem Saturnidem euntes
Hunc offensam simul sequi, ut læsus puniat.
Sed Achille da & tu Iouis filias sequi
Honorem, qui aliorum flestit mentem bonorum.
Si quidē enim non dona ferret hæc & in futurū noīaret
Atrides, sed semper contumaciter sæuiret.
Non ego te iram abijcientem iuberem
Argiuis auxiliari indigentibus quāuis tamen.
Nūc autē simul statim multa dat. hæc autē in futurū pro
Viros autem precari præmisit optimos (mittit.
Eligens in populo Achaico, qui tibi ipsi
Amicissimi Argiuorum. horum non tu orationem.
Neq; pedes ante autem non reprehensibile iratū esse.
Sic & antiquorum audiuimus gloriam uirorum
Heroum, quando aliquem uehementer ira adiuit,
Donatiq; sunt oratiq; uerbis.
Memini hoc opus ego diu non nuper

Sicut erat, uobis autem dicam omnibus amicis.
 Curetesq; pugnabant & Aetoli bellicosi
 Circa ciuitatē Calydonā, & inter se interficiebant.
 Aetoli quidem auxiliores Calydonis desyderabilis.
 Curetes autem deuastare prompti Marte.
 Etenim his malum aureæ sedis Diana mouit
 Irata, quod ei non primitias fertilitate campi
 Oeneus sacrificauit. alij autē Dei cōuiuati sunt hecatōbas:
 Soli autem non sacrificauit Iouis filiæ magni;
 Vel oblitus est, uel non intellexit: læsa est ualde animo.
 Hæc autem irata diuinum genus sagittis gaudens
 Mouit contra aprum suum syluestre splendorū dētū,
 Qui mala multa fecit consuetus Oenei campo:
 Multa autem hic funditus humum iecit arbores magnas
 Proprijs radicibus, & ipsis floribus pomorum.
 Hunc autem filius Oenei interfecit Meleager
 Multis ex ciuitatibus uenatores uiros congregans
 Et canes, nō quidem. n. domitus esset paucis hominibus,
 Tantus erat: multos autem ad pyram ire fecit tristem.
 Hæc autē circa ipsum posuit multam seditionē & preliū
 Circa suis caput & pellem pilosam
 Curetumq; in medio, & Aetolorum magnanimatorum.
 Quādiu quidem igitur Meleager bellicosus pugnauit,
 Tandiu autem Curetibus male erat; neq; poterant
 Murum extra manere, multi quamuis existentes.
 Sed qñ iam Meleagrum ingressa est ira, quæ & aliorū
 Tumere facit in pectoribus mētē prudentē quāuis sapiē
 Certe hic matri dilectæ Althææ iratus cor (tium.
 Iacet apud sponsam uxorem pulchram Cleopatram,
 Filiam Marpissæ pulchræ Euemidos

Curetes.

 A per des
 uastans
 agrū Cal
 ydoniū.

 Melea /
 ger aprū
 occidit.

 Cleopa /
 tra vxor
 Melea /
 gri.

Ideoq; qui fortissimus inter terrestres fuit uiros,
 Eorum tunc & regem contra accepit arcum
 Phœbi Apollinis pulchræ gratia sponsæ.
 Hanc autem in domibus pater & casta mater,
 Alcyonem uocabam cognomine gratia ipsius
 Mater Alcyonis multum dolentis luctum habens
 Flebat, qñ ipsam longe iaciens rapuit Phœbus Apollo
 Cum hac hic dormiuit iram dolorosam digerens,
 Ex imprecationibus matri iratus, quæ deis
 Multum dolens precata est fratris cæde,
 Multū aūt & terrā multipabuli mambus percutiebat,
 Vocans Plutonem & grauem Proserpinam,
 Genibus sedens: perfundebantur autem lachrymis sinus
 Filio dare mortem. hanc autem aërea Erinnys
 Exaudiuit ex erebo implacabile cor habens.
 Horū autem circa portas tumultus & sonitus mouebatur
 Turribus percussis. hunc autem precati sunt senes
 Aetolorum. miserunt aūt deorum sacerdotes optimos
 Exire, & iuuare, promittentes magnum donum.
 Vbi pinguiissimus campus Calydonis desyderabilis.
 Illic iussit prædium pulchrum eligere
 Quinquaginta passuum: dimidiū quidē uitibus cōsitus,
 Dimidium autem altam arationem campi diuidere.
 Multū aūt ipsum precatus est senex equitator Oeneus
 Via iniens alti cubiculi,
 Quatiens clausas tabulas genibus flexis.
 Multum autem hunc fratres, & casta mater
 Precati sunt. hic autem magis renuebat;
 Multū aūt socy, qui ei prudentissimi & amicissimi erant
 Sed neq; sic aūm in pectoribus persua sit. (omnium)

Apollonem
 uocabant
 Phœbum
 Erinnys
 Erinnys
 Erinnys

Aetolorum
 rō prin-
 cipes
 Melea /
 grū ade-
 unt.

Cleopas
 Erinnys
 Erinnys
 Erinnys

An̄ qñ iā thalamus frequēter percutiebat. hi aut̄ in tur
 Venerūt Curetes, & destruebant magnā ciuitatē. (res
 Et tunc iam Meleagrum pulchra uxor
 Precata est lugens; & ei nuntiauit omnes
 Dolores, quot hominibus sunt, quorū ciuitas capiebat.
 Viros quidē interficiūt, ciuitatē aut̄ ignis ī puluerē re-
 Filios aut̄ alij dicūt profunde cinctasq; mulieres. (digit.
 Huius autem motus est animus audientis mala opera.
 Perrexit ire: corpori aut̄ arma induit splendida.
 Sic hic quidem Aetolis expulit malum diem,
 Obediēs suo aīo. huic aut̄ non amplius dona perfererūt,
 Multaq; & gratioſa, malum aut̄ expulit & inuanum.
 Sed tu ne mihi hęc cogita mentibus; neq; te dæmon
 Hic uertat amicus. peius autem eſſet
 Nauibus combuſtis auxiliari. ſed in donis
 Veni: æqualiter. n. deo honorabunt Achiuī.
 Si aut̄ ſine donis bellum pernicioſum ingrederis,
 Non item cum honore eris bellum quamuis expellens.
 Hūc aut̄ reſpondens allocutus eſt pedibus uelox Achilles.
 Phœnix uenerande ſenex diuine, non mihi huius
 Opus honoris. cogito autem honorari Iouis iudicio:
 Quod me tenebit apud naues roſtratas donec ſpiritus
 In pectoribus manent, & mihi dilecta genua mouētur.
 Aliud autem tibi dico, tu autem in mentibus pone tuis.
 Ne mihi turba animum lugens & dolens,
 Atride heroi ferens gratiam: neq; te oportet
 Hunc diligere, ut non mihi inimiceris diligenti.
 Pulchrum tibi mecum hunc curare qui me curat.
 Aequaliter mihi regna & dimidiū ſortire honorem.
 Hi autem nūciant, tu autem hic domi manens

Achilles
 Phœnicis

Lecto in molli: simul autem Aurora apparente
 Consultabimus, an redeamus in nostra, an maneamus.
 Dixit, & Patroclo hic in supercilijs annuit silentio,
 Phœnici sternere pulchrum lectum, ut cito
 Ex tentorio reditum curet. his autem Ajax
 Diuinus Telamonides uerbum dixit.

Diuine Laërtiade prudentissime Vlysses

Eamus: non enim mihi uidetur uerbi finis
 Huic uicæ perfici. nunciare autem uelocissime
 Oportet uerbum Danais, & non bonū quāuis existens
 Qui nunc sedent expectantes. sed Achilles
 Syluestre in pectoribus posuit superbum animum
 Infestus; neq; uertitur amicitia amicorum
 Hac, qua apud naues honorabamus eximium alium.
 Impius, & quidem aliquis fratris cæde
 Pœnam uel sui filij suscepit mortui.
 Et hic quidem in populo manet multa soluens.
 Huius autem sedatur cor & animus elatus
 Pœnam suscipientis. tibi autem inde sinentēq; malumq;
 Animum in pectoribus Dei posuerunt gratia puellæ.
 Solus nunc autē tibi septem præbemus eximie optimas,
 Sed multa cum his: tu autem placabilem habe animum.
 Venerare autem domum, hospites enim tibi sumus
 Multitudine ex Danaorū. prōpti sumus at tibi præcipue
 Cupidissimiq; esse & amicissimi quot Achiui. (aliorū,
 Hunc autē respōdens allocutus est pedibus uelox Achilles.
 Ajax diuinæ Telamonie princeps populorum,
 Omnia mihi secundum animum uisus es loqui.
 Sed mihi tumet cor ira, quando illa
 Recordor, quòd me imperitum in Argiuis fecit

Ajax
 Vlyssi &
 Achilli.

Achilles
 Aiad.

Atrides, tanquam aliquem inhonoratum exulem.

Sed uos abite, & legationem renunciate.

Non enim ante bellum curabo sanguinolentum,

Quam filium Priami prudentis Hectora diuinum,

Myrmidonum inq; tentoria & naues uenire

Interficiem Argiuos, & comburere igne naues.

Circum autem meum tentorium & nauem nigram

Hectora & promptum pugnae subsistere puto.

Sic dixit. hi autem unusquisq; accipiens poculum rotundum

Sacrificantes iuerunt rursus: praebat autem Vlysses.

Patroclus autem socijs & ancillis iussit

Phaenici sternere pulchrum lectum quamuelocissime.

Hae autem obediens strauerunt lectum sicut iussit:

Pellesq; culcitramq; liniq; subtile operitorium.

Tunc senex dormiuit, & ad Auroram diuinam mansit.

Sed Achilles dormiuit in conclauis tentorij bene facti.

Huic autem accubuit mulier, quam ex Lesbo duxit

Phorbantis filia Diomedae pulchras genas habens.

Patroclus autem ex altera parte dormiuit: apud autem & ipse

Iphis bene cinctus, quam ei praebuit diuinus Achilles, (sum

Scyrum capiens altam Enyei urbem.

Hi autem quando iam tentorij in Atride fuerunt,

Hos quidem aureis poculis filij Achiuorum

Susceperunt aliunde alius surgenter interrogabant.

Primus autem interrogauit Rex uirorum Agamemnon.

Dic age mihi multae laudis Vlysses magna gloria Achi

An uelit nauibus expellere inimicum ignem? (uorum.

An negauit? ira autem adhuc habet superbum animum?

Hunc autem rursus allocutus est patiens diuinus Vlysses.

Atride gloriosissime Rex uirorum Agamemnon.

Legati ab
Achille,
recedunt
implacati
to.

Agamemnon
non primus
m' sciscitatur
de respo
Achillis.

Vlysses
Agamemnoni.

Ille aut non uult extinguere iram; sed adhuc magis
 Impletur ira. te autem renuit, & tua dona.
 Ipsum te consultare Argiuis iussit,
 Quomodo naues saluabis & populum Achiuorum.
 Ipse autem minatus est cum Aurora apparente,
 Naues bene tabulatas ad mare trahere circumuertibiles.
 Et alijs dixit me admonere
 Domū ad nauigare: quoniam non amplius inuenitis
 Finem Troiæ altæ: ualde enim se altitons Iupiter
 Manū suam super habet. moriuntur autem populi.
 Sic dixit. sunt & hi hæc dicere qui me sequebantur
 Ajax & præcones duo prudentes ambo.
 Phoenix autem illic senex dormiuit. sic enim iussit,
 Ut ipsum in nauibus dilectam in patriam sequeretur
 Cras si uoluerit: necessitate autem ipsum non ducet.
 Sic dixit. hi aut omnes tacite facti sunt silemio,
 Verbum admirantes. ualde. n. fortiter concionatus est.
 Diu aut multi erant tristes filij Achiuorum.
 Tandē aut iam locutus est uocem bonus Diomedes.
 Atride gloriosissime rex uirorum Agamemnon,
 Non debebas precari eximium Pelidem,
 Infinita dona dans. hic autem superbus est & aliter.
 Nunc autem ipsum multo magis superbijs iniecasti.
 Sed illum quidem sinamus, uel eat,
 Vel maneat. tunc aut rursus pugnabit quando ipsum
 Animus in pectoribus iubebit, & deus mouebit.
 Sed age sicut ego dico obediamus omnes.
 Nunc quidem dormite deletrati dilectum cor
 Cibo & potu: hoc enim robur est & fortitudo.
 Sed postq̄ apparuerit pulchra roseos digito shns Aurora,

Diomedes
 ad
 Agamē.

Statim ante naues habet populumq; & equos;
 Mouens & ipse in primis pugnet.
 Sic dixit. hi autem omnes laudauerunt Reges,
 Verbum admirantes Diomedis equitatoris.
 Et tunc iam sacrificantes iuerunt ad tentoriū unusquisq;
 Tunc autem dormierunt, & somni donum acceperunt.

ARGUMENTVM K. HOMERII
 COMPOSITIONIS.

Agamemnon vigilans excitat optimos Achiuorū
 ipseq; & Menelaus: & in vallo consultantes mit-
 tunt speculatores in Troianorum exercitum, Vlyssēm
 & Diomedem: qui Dolona quidem obuiantes interfici-
 ciunt. Audientes autem ab ipso Rhesum quendam
 & Thraces adesse vbi castrametati sunt, egredientes do-
 lo interficiunt: & equos abducentes in nauale vadunt.

ILIADIS. K. HOMERII
 COMPOSITIONIS.

Cappa, amborum ad speculam uenerunt uiri.



Lij quidem apud naues optimi Achi-
 uorum

Dormiebant per totam noctem mol-
 li domiti somno.

Sed non Atridem Agamemnonem
 pastorem populorum

Somnus tenebat dulcis multa in sensibus commouentem.

Sicut quando fulgurat maritus Iunonis benecomatæ

Agamē /
 non som-
 num ca-
 pere non
 potest.

Faciens uel multum hymbrem, immensum uel grandinē;
 Vel niuem quando nix albefacit arua,
 Vel belli magnum os amari.

Sic frequenter in pectoribus suspirabat Agamemnon
 Funditus ex corde: tremebant autem ei sensus intus,
 Quando in campum Troianum aspiciebat.

Admirabatur ignes multos, qui ardebant Troiā uersus;
 Tibiarum fistularumq; uocem, tumultumq; hominum.

Sed quando in nauesq; aspiciebat et populū Achiuorū,
 Multos ex capite radicatus trahebat capillos

Alte existenti Ioui. ualde. n. suspirabat gloriosum cor.

Hæc autem ei in animo optima uisa est sententia,
 Nestorem in primum Neleium uenire uirorum,

Si quod eo cum consilium bonum fabricaret,

Quod expellens malum omnibus Danais fieret.

Erectus autem induit circa pectora uestem.

Pedibus autem sub pinguibus ligauit bona calciamentat

Circum autem postea rubram induit pellem leonis

Calidi magni usq; ad pedes. accepit autem lanceam.

Sic autē similiter Menelaū habebat tremor. neq; n. ipsi

Somnus in palpebris insedit, ne quid paterentur

Argiui, qui iam sui causa multum in mare

Venerunt, in Troia bellum forte mouentes.

Pelle paridi quidem primum humerum latum cooperuit

Varia. sed in galeam capite eleuans

Posuit æream: lanceam autem accepit manu forti.

Perrexit autē ire surgere facturus suū fratrem, q ualde os

Argiuorū imperabat: Deus autē tāq honorabat. (mitti

Hunc autē inuenit circa humeros ponentē arma pulchra

Naue apud puppem. hic autem gratus fuit ueniens.

Hunc

Hunc prior allocutus est uocem bonus Menelaus.
 Cur sic primogenite armaris? nunquid sociorum
 Concitas Troïanis speculatorem? sed ualde grauer
 Timeo, ne nullus tibi promittat hoc opus,
 Viros inimicos speculari solus uadens
 Noctem per obscurâ: ualde aliquis audacis cordis erit.

Hunc aut, respondens, allocutus est rex Agamemnon.
 Indigentia consilij me & te diuine ô Menelaë
 Prudentis: quod liberabit & saluabit
 Argiuos & naues, quomam Iouis uersa est sententia.
 Hectoris ualde in mentem posuit sacrificijs.
 Non sic dum uidi, neq; audiui loquentem
 Virum unum tot curiosa in die consultasse,
 Quot Hector fecit Ioui dilectus filios Achiuorum.
 Sic neq; Deæ filius dilectus, neq; Dei,
 Opera autem fecit quot dico curæ esse Argiuis
 Diuq; & longum: tot enim mala operatus est Achiuis.
 Sed age nunc Aiacem & Idomeneum uoca
 Cito currens ad naues. ego autem ad Nestora diuinum
 Vado, & concito surgere, si uoluerit
 Venire in custodum magnum ordinem, & iubere.
 Illi enim maxime obediunt. huius enim filius
 Præest custodibus & Idomenei famulus
 Meriones: his enim commissus maxime.

Huic autem respondit postea uocem bonus Menelaus.

Menelaus
 us fratri.

Quomodo enim mihi uerbo mandas & iubes?
 Illic maneam cum his expectans donec uenias?
 An curram post te rursus postq; bene his impera uero?
 Hunc autem rursus allocutus est rex uirorū Agamemnon.

Illic mane, ne aliquo modo erremus inter nos

Venientes: multæ enim in exercitu sunt uicæ.
 Loquere autem si iueris, & suscitari iube
 A patre ex generatione nomina uirum unum quenq;
 Omnes glorificans: neq; superbias animo;
 Sed & ipsi laboremus. sic nobis
 Iupiter post natam misit malitiam grauem.
 Sic dicens, misit fratrem bene instruens.
 Sed hic perrexit ire ad Nestorem pastorem populorum.
 Hunc autem inuenit apudq; tentorium & nauem migrã
 Lecto in molli. apud autem arma uaria iacebant;
 Scutum, & duæ lanceæ, splendidaq; galea.
 Apud autem Zona iacebat uaria, qua senex
 Cingebatur, quando in bellum corrupẽs uiros. armabatur
 Populum ducens: qm̄ non uersus erat senectute tristi.
 Erectus autem in cubito caput sustentans
 Atridem allocutus est, & interrogauit uerbo.
 Quis autem sic ad naues per exercitum uenis solus,
 Noctem per obscuram, quãdo dormiunt mortales alij?
 An aliquem mulorum inquirens? an aliquẽ sociorum?
 Loquere, neq; tacitus ad me uenias: quæ aut te indigẽtia?
 Huic respondit postea rex uirorum Agamemnon.
 O Nestor Neleïade magna gloria Achiuorum.
 Cognosces Atridem Agamemnoni quem supra omnes
 Iupiter immisit laboribus omnino, donec spiritus
 In pectoribus maneat, & mihi dilecta genua moueant.
 Erro sic quoniam non mihi in oculis dulcis somnus
 Insedit. sed est curæ bellum & curæ Achiuorum.
 Grauius enim Græcis supertimeo. neq; mihi cor
 Firmum: sed turbatus sum. cor autem mihi extra
 Pectora saltat, tremunt fortia membra.

Agamẽ,
 non cu;
 Nestore.

Sed siquid potes, quoniam neque te somnus capit:
Eia ad custodes descendamus, ut uideamus
Ne quidem labore uicti ac & somno
Dormiant, & custodiae omnino obliti sint.
Inimici autem uiri propere sedent, neque scimus
Ne aliquo modo & per noctem prompti sint pugnare.
Huic autem respondit postea honoratus equitator Nestor
Atride gloriosissime rex uirorum Agamemnon,
Non Hectori omnes cogitationes consiliarius Iupiter
Perficiet quot nunc sperat: sed ipsum puto
Curis laborare & multis, an Achilles
Ex ira molesta uertet dilectum cor.
Te autem ualde sequar ego. rursus autem & excitemus alios
Et Tydidem in lancea famosum, & Ulyssum,
Et Aiace m celerem & Phylei fortem filium.
Sed utinam aliquis & hos iens uocaret,
Diuinumque Aiace m & Idomeneae regem.
Horum enim naues sunt longe, neque ualde propere.
Sed amicum dilectum quis exente & honorandum Menelaum
Increpabo: si quamuis mihi irascaris, neque cœlabo.
Sic dormit, tibi autem soli uertit laborare,
Nunc deberet circa omnes optimos laborare
Precans: indigentia enim uenit neque tolerabilis.
Hunc autem rursus allocutus est rex uirorum Agamemnon.
O senex alias quidem te & accusare iussi.
Sæpe enim negligensque fuit, & non uolebat laborare,
Neque pigritiae obediens, neque imperitijs mentis.
Sed me respiciens & meum expectans motum.
Nunc autem me prior ualde suscitatus est, & me adiuit.
Hunc quidem ego præmissi uocare quos tu inquiris.

Sed eamus: illos autem inueniemus ante portas
 In custodibus, ubi ipsos consultaui congregari.
 Huic autem respōdit postea honoratus equitator Nestor.
 Sic nullus ei irascetur, neq̄ non obediēt
 Arguorum quando aliquem concitabit & iubebit.
 Sic dicens induit circa pectora uestem:
 Pedibus autem sub fortibus ligauit bona calciamenta:
 Circa autem uestem fibula ligauit purpuream
 Duplicem extensam. pretiosa autem erat lana.
 Accepit autem fortem lanceam acutam acuto ferro.
 Perrexit autem ire ad naues Achiuorū bellicosorum.
 Primum: postea Vlyssēm Ioui consilio similem
 Ex somno excitauit honoratus equitator Nestor:
 Loquens hunc autem statim circa mentes aduenit uox:
 Exiuit autem tentorio, & ipsos uerbum allocutus est.
 Cur sic ad naues per exercitum soli uagamini
 Noctem per obscurā? quō iam indigentia tantū uenit?
 Huic autē respōdit postea honoratus equitator Nestor.
 Diuine Laertiade prudentissime Vlyssēs,
 Ne inculpes. talis enim dolor aduenit Achiuos.
 Sed sequere, ut & alium excitemus quem deceat
 Consilia consultare, uel fugere, uel pugnare.
 Sic dixit. hic autem ex tentorio iens prudens Vlyssēs
 Varium circa humeros scutum posuit: iuit autē cū ipsis.
 Iuerūt autem in Tydidem Diomedē: hūc autē inuenerūt
 Extra à tentorio cum armis. circum autem socij
 Dormiebant. sub capitibus autē habebāt scuta. lācēe au-
 Erectæ in circulo fixæ erant. longe autē ferrū (tē ipsis
 Splēdebat tāq̄ fulgur patris Iouis.
 Sed hic heros dormiebat: sub autē strauerat pellem bouis
 (in agro p̄noctātis.

Sed sub capitibus tapes extensus erat splendidus.

Hunc apud stans excitauit honoratus equitator Nestor

Calce pedem mouens: concitauitq; , reprehenditq; .

Surge Tydei fili cur p totā noctem somnū suauē capis?

Non audis q Troiam in tumulto campi

Sedēt propè naues. paruus autem quidā locus cōtinet.

Sic dixit. hic autē ex somno ualde uelociter surrexit,

Et ipsum uociferans, uerba uelocia allocutus est.

Durus es senex, tu quidem labore nunquā cessas.

Non & alij sunt iuniores filij Achiuorum,

Qui postea singulum excitarent regum

Omnino euntes. tu autem indefatigatus es senex.

Hūc autē rursus allocutus est honoratus equitator Nestor.

Ita iam hæc omnia amice secundum decens dixisti.

Sunt quidem mihi filij egregij: sum & populi:

Et multi quorum aliquis iens uocaret.

Sed ualde magna indigentia aduenit Achiuos.

Nunc enim iam omnibus in nouaculæ stat acie,

Vel ualde pernicioſa mors Achiuis, uel uiuere.

Sed eia nunc Aiacem uelocem & Phylei filium

Excita: tu enim es iunior, si mei misereris.

Sic dixit. hic autem circa humeros induit pellem leonis

Calidi magni usq; ad pedes: accepit autem lanceam.

Perrexit autem ire. hos autē illinc excitans duxit heros.

Hi autem quādo iam custodibus in cōgregatis fuerūt,

Neq; quidē dormiētes custodum ductores inuenerunt;

Sed uigilanter cum armis sedebant omnes.

Sicut autē canes circa oues difficulter custodiūt in ouili

Feram audientes fortem, quæ ad syluam

Venit per montes, multus autem tumultus in ipsam

Nestor
Diome
dem exci
tat e sō
no.

Nestor fa
cta sua
p̄dicat.

Virorum & canum ab ipsisq; somnus periit.
 Sic horum dulcis somnus à palpebris periit
 Noctem custodientibus bonam in campū enim semper
 Versi erant, quando Troianos audirent uementes.
 Hos autē senex lætatus est uidens, audaciāq; iniecit aīo;
 Et ipsos uociferans uerba uelocia allocutus est.
 Sic nunc dilecti filij custodite, neq; aliquem somnus
 Capiat, ne gaudium faciamus inimicis.
 Sic dicens uallo egressus est, hi autem simul secuti sunt
 Argiuorum reges quicunq; uocati sunt ad consiliū.
 His autem cum Meriones & Nestoris inclytus filius
 Iuerunt: ipsi enim uocauerunt ad consultandum.
 Vallum autem egredientes defossum confederunt
 In puro, ubi iam mortuorum apparebat locus
 Cadentium. unde rursus auersus est fortis Hector
 Perdens Argiuos, quando iam nox cōperuerat:
 Vbi sedentes uerba inter se loquebantur.

Nestor vi
 gilibus.

Agamē /
 non &
 Nestor
 noctu o
 sultant.

His autem uerbis cœpit honoratus equitator Nestor.
 O amici non aliquis uir confidit suo ipsius
 Ammo audaci ad Troianos magnanimos
 Ire, siquam inimicorum capiat extremum;
 Vel siquam uocem in Troianis audiat
 Quæq; consultant inter ipsos uel prompti sunt
 Illic manere apud naues contra uel ad ciuitatem
 Retro recedant postquam interfecerunt Achiuos.
 Hæc omnia si didiceri, & retro ad nos uenerit
 Illæsus, magna ei sub cœlo gloria erit
 Omnes in homines: & ei remuneratio erit bona.
 Quicunq; enim nauibus imperant optimi,
 Horum omnium ei singulus ouem dabunt nigram

Fœminã agnũhẽtẽ. huius quidẽ possessio nulla similis.
Semper autem in conuiujs & compotationibus aderit.
Sic dixit. hi autem omnes quiete facti sum silentio.

His autem & post locutus est uocẽ bonus Diomedes.

Nescior me mouet cor & animus generosus

Virorum inimicorum ire exercitum propẽ existẽtem

Troianorum. sed si quis me uir simul sequatur & alius

Magis lætitia & audacius erit;

Simulq; duo euntes & ante hic hunc cogitat

Quomodo utile sit. solus autem quãuis cogitet

Tamen ei tardior mens, tenue autem consilium.

Sic dixit. hi autem uolebant Diomedem multi sequi.

Volebant Aiaces duo famuli Martis;

Volebat Meriones, ualde autẽ uolebat Nestoris filius;

Volebat & Atrides in hasta gloriosus Menelaus;

Volebat & patiens Vlysses adire multitudinem

Troianorum. semper. n. ei in mentibus aũs fuit audax.

His autem post locutus est rex uirorum Agamemnon.

Tydidẽ Diomedes meo charissime animo;

Hunc quidem iam socium eliges quem uolueris

Apparentium, postquam prompti sunt multi.

Neq; tu uerecundans tuis mentibus hunc quidẽ meliorẽ

Relinque. tu autem peiorẽ accipies uerecũdiã obediẽs

In generationem aspiciens. neq; si maior rex sit.

Sic dixit. timuit autem de flauo Menelao.

His autẽ rursus post locutus est uocẽ bonus Diomedes.

Si quidem iam socium iubetis me ipsum eligere

Quomodo postea Vlyssis ego diuini obliuiscar?

Cuius ualde quidem prudens cor & animus generosus

In oĩbus laboribus, diligit autẽ ipsum Pallas Minerva.

specula-
tores mit-
tuntur vi-
sus quid
agũt Tro-
iani.

Agamẽ-
non Dio-
medi.

Hoc sequente & ex igne ardenti
 Ambo redibimus, quoniam ualde sit intelligere.
 Hunc aut̄ rursus allocutus ē multipatiēs diuus Vlysses.
 Tydide neq; me ualde lauda, neq; uitupera:
 Scientibus enim hæc Argiuis loqueris.
 Sed eamus, ualde. n. nox perficitur. propè aut̄ Aurora.
 Stellæ autem iam processerūt. præterijt aut̄ pluriū nox
 Duarum partium: tertia autem adhuc pars relicta est.
 Sic dicentes armis in grauibus induti sunt.
 Tydidæ quidem dedit bellicosus Thrasymedes
 Ensem utrinq; acutum. suum aut̄ apud naues reliquerat
 Et scutum. circa autem ei galeam caput posuit
 Taurinam sine conoq; & sine crista, quæ cassis
 Vocata est: custodit autem caput pubescentium iuuenū.
 Meriones autem Vlyssi dedit arcum & pharetram,
 Et ensem: circa autem ei galeam caput posuit
 Pelle factam; multis & intus loris
 Extensa erat fortiter. exterius autem albi dentes
 Albos dentes habētis suis frequētes erant hinc & illinc,
 Bene & scienter. medio autem in pileus congrue erat.
 Hanc quondam ex Eleone Amintoris Ormenidæ
 Accepit Autolycus fortem domum fodiens:
 Scandia autem dedit Cytherio Amphidamantis
 Amphidamas autem Molo dedit munus esse.
 Sed hic Merione dedit suo filio portare.
 Iam tunc Vlyssis cooperuit caput circum posita.
 Hi autem postq̄ igitur armis in grauibus induti sunt
 Contendunt ire. dereliquerunt autem illic oēs optimos.
 His autem propitium misit Erodiū propè uiam
 Pallas Minerua. hi autem non uiderunt oculis

Diome /
 des &
 Vlysses
 explora /
 tum eūt,
 quod pa
 rent Tro
 iani.

Noctem per obscuram: sed resonantem audiuerunt.
 Gaius est autē aue Vlysses, precatus est autē Mineruā.
 Audi me Aegiochi Iouis filia, quæ mihi semper
 In omnibus laboribus ades. neq; te lancea
 Motus nunc rursus maxime me dilige Minerva.
 Da autem rursus ad naues gloriosas abire
 Facientes magnum opus quod Troianis curæ erit.
 Secundus rursus precatus est uocem bonus Diomedes.
 Audi nunc & me Iouis filia Tritonia.
 Sequere me, sicut qñ patrem meū sequebaris Tydeū diuū
 Ad Thebas: quando ab Achuis nuntius iuit.
 Hos autem in Asopo liquit belli cosos Achiuos.
 Sed hic suaue uerbum portabat Thebanis
 Illuc. sed retro abiens ualde curiosa fecit opera
 Tecum diua Dea, quando ei prompta affuisti.
 Sic nunc mihi uolens adsis, & me custodi.
 Tibi autē rursus ego sacrificabo bouē anniculā lati frōtis
 Indomitam, quam nondum sub iugum duxit uir:
 Hanc tibi ego sacrificabo aurum cornua circumfundens.
 Sic dixerum precati. hos autem audiuit Pallas Minerva.
 Hi autem postq̄ precati sunt Iouis filiam magni,
 Contendunt ire tanquam leones duo per noctem nigrā,
 Per cædem, per mortuos, per arma, & nigrū sanguinē.
 Neq; quidem neq; Troianos generosus permisit Hector
 Dormire, sed simul uocauit omnes optimos
 Quicunq; erant Troianorū ductores & gubernatores.
 Hos hic conuocans prudens parauit consilium.
 Quis mihi hoc opus promittens perficiet
 Dono in magnæ merces autem ei sufficiens erit.
 Dabo enim currumq; duosq; longe ceruicis equos,

Diomedes
 Minervā
 inuocat.

Hector
 ad Troianos.

Qui optime se gerūt uelocibus in nauibus Achiuorū.
 Quicumq; tolerabit sibiq; ipsi gloria extolletur:
 Naues ueloces propè ire & audire,
 An custodiuntur naues ueloces sicut amtea.
 An iam manibus sub nostris domiti,
 Fugam consultant inter ipsos. neq; uolunt
 Noctem custodire labore fatigati graui.

Sic dixit. hi autem omnes quiete facti sunt silentio.

Erat autem aliquis in Troianis Dolon Eumedis filius

Dolon
Troianus. Præconis diuini multiauri multæris.

Hic autem specie quidem erat malus, sed uelox.

Sed hic solus erat à quinq; fratribus.

Qui tunc Troianisq; & Hectori uerbum dixit astans.

Hector me commouet cor & animus generosus,

Naues ueloces propè ire & intelligere.

Sed age mihi sceptrum eleua & mihi iura

Certe quidem equosq; & currus ornatos ære

Dare, qui portant eximium Pelidem.

Tibi aut ego nō uanus speculator ero, neq; præter opus

Tandiu. n. in exercitū uado ppetuo donec uadā (monē.

Ad nauem Agamemnoneam, ubi futuri sunt optimi

Consilia consultare, uel fugere, uel pugnare.

Sic dixit. hic aut mambus sceptrum iecit, & ei iurauit.

Hector
Doloni. Sciat aut nunc Iupiter ipse ualde sonans maritus Iunonis

Vt non quidem equis uir inuehetur alius

Troianorum: sed te dico perpetuo honorari,

Sic dixit, & periurium falsò iurauit. hunc aut mouebat.

Statim autem circa humeros iecit curuos arcus;

Induit & exterius pellem albi lupi

Capiteq; in hircinam galeā. cepit aut acutum iaculum.

Perrexit autem ire ad naues ab exercitu. neque futurus erat
 Veniens ex nauibus retro Hectori uerbum reportare.
 Sed quoniam iam equorumque et uirorum reliquit multitudinem,
 Iuit in uiam promptus. hunc autem percepit aduenientem
 Diuinus Vlysses, Diomedem et allocutus est.
 Hic Diomedes ab exercitu uenit uir
 Non scio an nauibus speculator nostris,
 An aliquem praedans cadauerum mortuorum.
 Sed sinamus ipsum primum praeterire campum
 Paululum: postea autem ipsum ruentes capiemus
 Statim. si autem nos praeuemet pedibus,
 Semper ipsum ad naues ab exercitu uerte
 Lancea insequens ne ad ciuitatem fugiat.
 Sic loquentes extra uiam in mortuis
 Declinati sum. hic autem celeriter praetercurrit stultitiam.
 Sed quando iam aberat quantum mouimenta sunt
 Mularum: haec enim bobus meliores sunt
 Trahere in terra profundo forte aratro.
 Hi quidem accurrerunt. hic autem stetit strepitum audiens,
 Sperabat enim in animo auersos socios
 Ex Troianis ire rursus Hectore concitante.
 Sed quando iam aberant lanceae iactu uel et minus,
 Cognouit uiros inimicos: celeriter autem genua mouit
 Fugere. hi autem statim insequi ruerunt.
 Sicut autem quoniam curuos detestantes duo canes periti uenationis
 Vel ceruam uel leporem urgent incessanter
 Locum in syluosum: hic autem procurrat curans,
 Sic hunc Tydides et urbium populator Vlysses
 Populo separantes impellebant incessanter semper.
 Sed quoniam iam citus futurus erat misceri custodibus

Dolō in
 Vlyssē
 & Dīo
 medē in
 cidit.

Cōpara-
 uo canis
 Venatid.

Fugiens in naues: tunc iam fortitudinem iniecit Minerva
 Tydidę, ut non aliquis Achiuorum bellicosorum
 Preueniret iactans percutere. hic autę secundus ueniret.
 Lancea autem ruens allocutus est fortis Diomedes.
 Vel mane, uel te lancea inueniam. ne te dico
 Diu mea à manu fugere miseram mortem.

Dixit, & lanceam dimisit. uolens autem errauit à uiro.
 Dexterum autem super humerum politę lanceę cuspis
 In terra fixa erat. hic autem stetit timuitq;
 Tremens: sonus autem per os factus est dentium
 Nouus sub timore. hi autem anhelantes accesserunt:
 Manibus & capiunt. hic lachrymans uerbum dixit.

Dolon
 capitur.

Capetiuium, & ego me soluam. est enim intra

Dolo ex/
 plorator
 accessu/
 rus ad

Aesq;, aurumq;, multiq; laboris ferrum.

Horum uobis donabit pater infinita dona,

Si me uiuum audiuerit in nauibus Achiuorum.

Gręcorū
 castra, ab
 Vlyssę et
 Diome.
 itercipit.

Hunc autem respondens allocutus est prudens Vlyssęs,

Confide, neq; tibi mors in animo sit.

Sed age mihi hoc dic & uere narra.

Quo sic ad naues ab exercitu uenis solus

Noctem per obscuram, quando dormiunt mortales alij

An aliquem prædans mortuorum cadentium:

Ante Hector præmisit speculari singula

Naues in concauas. an te ipsum animus persuasit?

Huic autę respondit postea Dolon: sub autę tremuit mębra

Multis me nocumentis præter spem duxit Hector,

Qui mihi Pelidę illustris solungulos equos

Dare pollicitus est, & currus uarios ære.

Iussit autem me euntem uelocem per noctem nigram

Viros inimicos propę uenire & audire;

An custodiuntur naues ueloces sicut prius,
 An iam manibus à nostris domiti
 Fugam consultatis cum ipsis, neq; uultis
 Noctem custodire labore confecti graui.
 Hunc autem subridens allocutus est prudens Vlysses.
 Certe tibi magna dona concupiuit animus
 Equos Aecidae prudentis. hi autem impatientes
 Viris mortalibus domari & uehi
 Alij quàm Achilli quem immortalis peperit mater.
 Sed age mihi hoc dic, & uerè narra.
 Vbi nūc huc ueniēs reliq; sti Hectora pastore populorū?
 Vbi & eius arma iacent bellicosas? ubi & eius equis?
 Quomodo autem aliorū Troianorū custodiēq; & lecti?
 Quæq; consultant inter se? an prompti sunt
 Illic manere apud naues corā? an ad ciuitatem
 Retro redeunt postq̄ interfecerunt Achiuos.
 Hunc autem rursus allocutus est Dolon Eumedis filius:
 Certe enim ego tibi hæc ualde uere narrabo.
 Hector quidem cum his quicunq; consultores sunt
 Consilia consultat diuini apud sepulchrum Ili,
 Seorsum à turba. custodias autē quas interrogas heros
 Nulla diuisa custodit exercitum, neq; obseruat.
 Quicunq; enim Troianorū ignis foci quibus necessitas
 Hi uigilant, obseruareq; hortantur
 Inter se. sed rursus longe uocati auxiliatores
 Dormiunt. Troianis autem curæ tradunt obseruare.
 Non enim eis filij propè sedent neq; mulieres.
 Hunc autem respondens allocutus est prudens Vlysses.
 Quomodo? nunc Troianis misti bellicosus
 Dormiunt? an seorsum? aperte dic mihi, ut intelligam.

Huic autem respondit postea Dolon Eumedis filius
 Tibi enim ego & hæc ualde uerè narrabo,
 Apud quidè mare Cares & Pæones curuos arcushñtes,
 Et Leleges, & Caucones, diuiniq; Pelasgi,
 Apud Thymbram aut sortiti sunt Lycij Myssiq; superbi,
 Et Phryges equitatores, & Meones galeati.
 Sed cur me hæc disquiris singula?
 Si .n. iam prompti estis Troianorū adire multitudinè;
 Thraces; (hi aut à longe nuper uenientes) ultimi aliorū.
 Inter autem ipso Rhesus rex filius Eionei.
 Huius pulcherrimos equos uidi & magnos,
 Albiores niue; currere autem uentis similes.
 Currus autem ei auroq; & argento bene laboratus est.
 Arma autem aur ea magna mirabile uisu
 Venit habens. hæc quidem non mortalibus conuenit
 Viris portare; sed immortalibus deis.
 Sed me nunc nauibus admouete uelocibus;
 Aut me ligantes relinquite hic forti ligamine,
 Ut ueniatis & tentetis me,
 An secundum ueritatem dixi uobis, an & non.
 Hunc autem torue aspiciēs allocutus est fortis Diomedes.
 Ne iam mihi fugam Dolon iniyce mente,
 Bona quamuis nunciāns, postq̄ uenisti manus in meas.
 Siquidem enim te nunc absoluemus & dimitemus,
 Certe & postea uenies ueloces in naues Achiuorum
 Vel specularans uel contra pugnans.
 Si autem meis à manibus domitus animum perdes,
 Non amplius postea tu nocumentū aliqñ eris Argiuis.
 Dixit. & hic quidè ipsum erat futurus barba manu forti
 Tangens precari, hic autem ceruicem mediā percussit.

Rhesus
 a Dolo
 ne prodi
 tur.

Dolonis
 mors.

Ense ruens, ambos autem incidit nervos:
 Loquentis autem huius caput pulueribus mistum est.
 Huius autem mluinam galeam à capite acceperunt,
 Et lupinam, & arcus retro curuos, & lanceam lögam.
 Et hæc Mineruæ prædatrici diuinus Vlysses
 In altum eleuauit manu, & precans uerbum dixit.
 Gaude Dea, his te enim primam in olympo
 Omnium immortalium inuocabo. sed & rursus
 Mitte in Thracum uirorum equosq; & lectos.
 Sic dixit, & à se in altum eleuans
 Posuit supra myricam. manifestum aut signum fecit
 Colligens calamos myricæq; uirides ramos,
 Ne lateret rursus euntem uelocem per noctem nigram.
 Hi autem iuerunt ante per arma & nigrū sanguinem.
 Statim autem in Thracū uirorum turmā uenerūt eūtes:
 Hi autem dormiebant labore confecti. arma autem ipsis
 Pulchra apud ipsos i terra declinata erāt bñ secūduor.
 Triplici ordine: apud aut ipsos unicuiq; bijugi eq. (natū
 Rhesus aut in medio dormiebat. apud aut ipsū ueloces.
 Ex parte currus ultima loris ligati erant. (equi,
 Hunc autem Vlysses ante uidens Diomedi ostendit.
 Hic Diomedes uir. hi & equi,
 Quos nobis dixit Dolon quem interfecimus nos.
 Sed age profer forte robur: neq; te oportet
 Stare in uanum cum armis: sed solue equos,
 Vel tu uiros interfice. erunt aut curæ mihi equi.
 Sic dixit. huic aut inspirauit robur cesia, Minerva,
 Interficiebāt at cōuersim horz aut suspiriū mouebat in-
 Ense uerberatorū: rubebat aut sanguine terra. (decēs
 Sicut autem leo ouibus incustoditis contraiens

Compa
 ratio leo
 nis.

Capris uel pecudibus mala cogitans ruit.
 Sic quidem Thraces uiros contra ibat Tydei filius,
 Donec duodecim interfecit: sed prudens Vlysses
 Quencunq; Tydides ense interficiebat astant,
 Hunc Vlysses à tergo capiens pede extrahebat.
 Hæc cogitans in animo ut pulchros crines habentes equos
 Facile transfirent, neq; tremere animo
 Mortuos supra eutes. de sueti erant enim adhuc eorum.
 Sed quando iam regem inuenit Tydei filius,
 Hunc tertiumdecimum dulci animo priuauit
 Anhelantem: mortifer enim somnus capiti præsto fuit
 Nocte Oenidæ filius per consilium Mineruæ.
 Interea autem patiens Vlysses solungulos equos:
 Cum autem eleuabat loris & ducebat multitudine
 Arcu percutiens, quando non scuticam splendidam
 Pulchro ex curru cogitauit manibus suscipere.
 Sibilauit autem loquens Diomedæ diuino.
 Sed hic cogitabat manens quid forte faceret,
 An hic currum capiens ubi pulchra arma iacebant
 Temone extrahere: an efferret in altum eleuans.
 An adhuc multorum Thracum animum auferret.
 Quousq; hic hæc mouebat in mēte, interim autē Minerua
 Propè stans allocuta est Diomedem diuinum.
 Reditum iam recordare magnanimi Tydei fili
 Naues in concauas, ne & præteritus uenias:
 Ne aliquis & Troianos suscitet Deus alius.
 Sic dixit. hic autem intellexit Deæ uocem loquentis.
 Statim autem equos ascendit. uerberabat autē Vlysses
 Arcu. hi autem uolabant ueloces in naues Achiuorum.
 Neq; cæcæ explorationem argentei arcû hñs Apollo.
 Ut uidit

Rhesus
 occiditur
 & equi
 abducun-
 tur.

Ut uidit Mineruam cum Tydei filio sequentem.
 Huic iratus Troianorum adiuit multam turbam.
 Excitauit autem Thracum consultorem Hippocoon
 Rhesi patruelem bonum. hic autem ex somno surgens
 Postquā uidit locum desertum, ubi stabāt ueloces equi,
 Virosq; palpitantes in molestis cædibus,
 Plorauit: postea amicumq; nominauit socium.
 Troianorū autem clāgorq; & multus ortus ē tumultus
 Currentium simul. admirabantur autē crudelia facta,
 Quot uiri facientes iuerunt concauas in naues. (cerūt,
 Hi autē qñ iā puenerūt ubi speculatorē Hectoris interfe=
 Tūc Vlysses quidē retinuit Ioui dilectus ueloces equos.
 Tydides autem humum desiliens exuuias cruentas
 In manibus Vlyssi posuit. insiliit autem equos.
 Verberabat autem equos: hi autem non inuiti uolabant
 Naues in concauas. illic enim dilectum fuit animo.
 Nestor autem primus sonum audiuit, dixitq;.
 O amici Argiuorum ductores & curatores,
 Mentior? an uerum dico? inclinat autem me animus.
 Equorum me uelocium circum sonitus auribus percutit.
 Utinam enim iam Vlyssesq;, & fortis Diomedes
 Huc statim ex Troianis abegerint solungulos equos.
 Sed ualde timui in mente nequid passi essent
 Argiuorum hi optimi à Troianorum tumultu.
 Nondum omne dictum est uerbum, qñ uenerunt ipsi.
 Et hi quidem descenderunt in terra. hi autē gaudentes
 Dextris amplexi sunt uerbisq; suauibus.
 Primus autē interrogauit honoratus equitator Nestor.
 Dic age mihi multū laudate Vlysses magna gloria Achi
 Quo hos equos accepistis exeuntes multitudinē (uorū;

Vlysses
 Græcorū
 gloria.

Troianorum? an aliquis uobis præbuit Deus obuians?
Valde radijs similes Solis.

Semp̄ qdē cū Troianis in præliouerfatus sum; neq; dico
Manere apud naues senex quāuis existens bellator;
Sed nondum tales equos uidi, neq; intellexi.

Sed aliquem uobis puto dedisse Deum obuiantem.

Ambos. n. uos diligit nebularum congregator Iupiter,
Filiaq; Aegiochi Iouis glaucos oculos habens Minerva.

Hunc autem respondens allocutus est prudens Ulysses.

O Nestor Neleïde magna gloria Achiuorum;

Facile Deus uolens & meliores quàm hi

Equos daret, quoniam multo potentiores sum.

Equi autem hi senex nuper adueniētes quos interrogas

Threicij, ipsis autem dominum bonus Diomedes

Interfecit: apud autem socios duodecim omnes optimos,

Hunc tertiumdecimū. speculatore interfecimus propè

Quem speculatore exercitus esse nostri (naues

Hectorq; præmisit & alij Troiani illustres.

Sic dicens uallum peregit solungulos equos

Cachinnans, simul autem alij ibant gaudentes Achiui.

Hi autem quādo Tydidæ tentoriū insigne aduenerūt,

Equos quidem ligauerunt decoris capistris

Præsepio in equino, ubi Diomedis equi

Stabant ueloces electum panem edentes.

Naui autem in puppim exuuias cruentas Dolonis

Posuit, ut sacrificium præpararet Mineræ.

Ipsi autem sudorem multum abluerunt mare

Intrantes tibiasq; & collum circumq; crura.

Sed postquā ipsis unda maris sudorem multum

Lauit à corpore, & refrigeratum est dilectum cor

*In balnea euntes bene fabricata loti sunt.
 Hi autem loti & uncti pingui oleo
 Ad coenam iuerunt. ab autem cratera Mineruæ
 Plena exhaurientes libauerunt optimum uinum.*

ARGUMENTVM. A. H O.
 M E R I C O M P O.
 S I T I O N I S.

Agamēnon ipseq; armatus & alios armās Græcos educit in prælium. Hector autem Ioue iubente secedit a pugna: interim Agamemnon in nauali saluatur. Post hæc Vlyssēs circundantibus ipsum Troianis expellit ipsos, Aiace & Menelao auxiliā tibus ipsi. Vulnerātur quidē Græcorum optimi: Agamemnon quidem a Coone, Vlyssēs a Soco. ab autem Alexandro sagittātur Diomedes & Eurypylus & Machaon: quem redeuntem cum Nestore vidēs Achilles mittit Patroclum ad discendum quis esset vulneratus, hic autem abiens & discens Machaona esse, a Nestore exhortabatur uel Achillem persuadere pugnare cum Græcis, uel ipse accipiens armaturam Achillis exire in pugnam. Rediēs autem cum incidisset in Eurypylum portans ad naues curat.

ILIADIS
 ILIADIS. A. HOMERI
 COMPOSITIONIS.

Lābda at, optimates Græcorū uulnerauerūt Hectoris uiri.



Vrora autem ex lectis splēdidi Tithonis

Surrexit, ut immortalibus lumen ferret, & mortalibus.

Iupiter autem litem præmisit ueloces in naues Achiuorum

Peruicia, i. Iris
 Dea, ad castra græcorū mititur.

Difficilem, belli signum in nauibus tenentem.

Stetit autem in Ulyssis magna naue nigra,

Quæ in medio erat audiri utriusq;

Et in Aiakis tentorio Telamonidæ;

Et in Achillis. hi autē in extremas partes naues æquales

Traxerant uirilitate cōfisi, & robore manuum.

Tunc stans clamauit Dea ualdeq; grauiterq;

Rectā Achiuis: magnam autē fortitudinē iniecit unicuiq;

Corde incessantem bellare & pugnare.

His autem statim bellum dulcius fuit, quā redire

In nauibus concuuis dilectam in patriam terram.

Atrides clamauit, & armari iussit

Argiuos: ipse autem indutus est splendidum æs.

Tibialia quidem primum circa tibias posuit

Pulchra, argenteis fibulis coniuncta.

Secundo rursus thoracem circa pectora induit:

Quem aliquando ei Cinyres dedit donum esse.

Audiebat. n. usq; in Cypro magna gloria: qm̄ Achiui

Ad Troiam nauibus in nauigare debebant.

Ideo ei hunc dedit gratificans regi.

Agamēnonis ap-
 paratus
 ad bellū.

Cinyres
 rex Cypr̄
 pri.

Huius quidem decem uicæ erant nigri metalli;
 Duodecim autem auri, & uiginti stanni:
 Cœrulei & dracones extensi erant ad collum:
 Tres aliunde Iribus similes, quas Saturnius
 In nube firmavit miraculum mortalibus hominibus.
 Circa autem humeros posuit enses: ei autem clau
 Aurei splendebant: sed circa uaginam erat
 Argenteus aureis loris coniunctus.
 Accepit autem magnum uarium scutum impetuosum
 Pulchrum, quod circa quidem circuli decem ærei erāt.
 Ei autem umbilici erant uiginti stanni
 Albi: in autem medijs erat nigri metalli.
 Huic autem quidem Gorgo terribilis coronata erat
 Terribiliter aspiciens. circa autem terrorq; timorq;
 Huic autem argenteum lorum erat. sed in ipso
 Cœruleus uertebatur draco. capita autem ei erant
 Tria coronata unius ceruicis nata.
 Capiti aut cuneatā guleam imposuit quadruplici crista
 Equinam, grauiter autem crista de super annuebat.
 Accepit autem fortes lanceas duas armatas ære
 Acutas: longe autem æs ab ipsis cœlum intra
 Splendebat. somuerunt autē Mineruaq; & Iuno
 Honorantes regem multiauri Mycenes.
 Aurigæ quidem postea suo præcipit unusquisq;
 Equos bene secundum ornatum tenere illic ante fossam.
 Ipsi autem pedites cum armis armati
 Ruebāt: inextinguibilis autē uox fiebat Aurorā ante.
 Peruenerunt equites in uallum armati.
 Equites autem parum transierant: sed tumultum
 Concitauit malum Saturnius: ab alto demisit rores

Sanguine madefactas ex æthere: quoniam debebant
 Multa fortia capita inferno præmittere.
 Troiani autem rursus ex altera parte in tumulo campi,
 Hectoraq; circa magnum & eximium Polydamanta,
 Aeneasq;, qui à Troianis Deus tāq; honorabat i populo:
 Tresq; Antenorida, Polybum, & Agenora diuinum,
 Cœlibemq; Acamanta similem immortalibus.
 Hector autem in primis portabat scutū undiq; æquale.
 Qualis autem ex nebulis apparet pernicioſa stella
 Splēdens, qñ autē rursus ingreditur nebulā umbrōſam.
 Sic Hector aliquando quidem cum primis apparebat:
 Aliquando autem in ultimis iubens. totus autem ære
 Splendebat tanquā fulgur patris Iouis Aegiochi.
 Hi autem sicut meſſores contrarij inter se
 Ordinem impellunt uiri beati in aruo
 Triticorū uel hordeorū, manipuli autē frequētes cadūt.
 Sic Troiani & Achiui inter se ruentes
 Bellabant, neq; alteri recordabantur pernicioſi timoris.
 Aequalia autē in pugna capita habebant. hi autē lupi tāq;
 Currebant. Eris autē gaudebat multa suspiriaſociens, in-
 Sola enim Deorum aderat pugnantibus. (ſpiciens.
 Alij autem non ipsis aderant Dei: sed taciti
 Suis in domibus sedebant; ubi unicuiq;
 Domus pulchræ fabricatæ erāt i summitatibus olympi.
 Omnes autē reprehēdebant nigras nubeshntē Saturniū:
 Quoniam Troianis uolebat gloriam dare.
 Hos quidem nō curabat pater. hic autē seorsum diuisus
 Ab alijs longe sedebat gloria gaudens,
 Inspiciens Troianorumq; ciuitatē & naues Achiuorū;
 Aerisq; splendorem per dentesq;, per ditosq;.

Compa-
ratio meſ-
ſorum.

Pugna
initur in-
ter Troi-
anos &
Græcos.

Quā diu quidem Aurora erat & crescebat almus dies,
 Tandiu ualde amborū tela tāgebantur: cādebat autē po-
 Quādo autē quercus incisor uir præparat cœnā (pulus.
 Montis in radicibus, postea faciauit manus
 Incidēs arbores magnas: facietasq; ipsum accipit aiūm,
 Cibumq; dulcem: circa mentes desyderium capit.
 Tunc sua uirtute Danaï rumpebant phalanges,
 Iubentes socijs in ordinibus. extra autem Agamemnon
 Primus ruit. interfecit autē uirū Bienora pastorē popu-
 Ipsum. postea autē sociū Oilea percussore mequorū. (lorū
 Certe hic ex equis saltans contrarius stetit.
 Hunc autem recta promptum in fronte acuta lancea
 Percussit: neq; corona lanceam ipsius tenuit ære grauis:
 Sed per ipsam uenit & os: cerebrum autem
 Intus totum sparsum est: interfecit autē ipsum prōptum.
 Et hos quidem reliquit illic rex uirorum Agamemnon
 Pectoribus radiantes postquam spoliauit uestes.
 Sed hic inuit Isumq; & Antiphum interficiens;
 Filios duos Priami, nothum & legitimum ambos
 In uno curru existentes. hic quidem nothus aurigabat.
 Antiphus rursus socius erat inclytus: quos quōdā Achil
 Idæ in radicibus ligauit teneris uimibus, (les
 Pascentes in ouibus accipiens, & soluit domis.
 Iam tunc Atrides late dominans Agamemnon
 Hunc quidem super papillā iuxta pectus percussit lācea.
 Antiphū autē iuxta aurē percussit ense, ex autē iecit equis.
 Festinans autem ab his prædatus est arma pulchra
 Cognoscens: etenim ipsos antea apud naues ueloces
 Vidit: quando ex Ida duxit pedes uelox Achilles.
 Sicut autem leo ceruæ uelocis infantes filios

Agamē /
 non plu-
 res occi-
 dit.

Compa-
 ratio cer-
 uæ.

Facile scidit, accipiens fortibus dentibus
 Veniens in cubile, tenerumq; ipsis cor abstulit.
 Hæc autem si interfuit ualde propè non potest ipsis
 Auxiliari: ea enim ipsam sub tremor grauis intrauit.
 Statim autem ruit per quercus densas & syluam
 Festinans, sudans fortis feræ ab impetu.
 Sic his nullus potuit auxiliari mortem
 Troianorum, sed & ipsi sub Argiuos fugiebant.
 Sed hic Pisandrumq; & Hippolochum bellicosum
 Filios Antimachi prudentis (qui maxime
 Aurum Alexandri suscipiens splendida dona,
 Non permisit Helenam dare flauo Menelao.)
 Huius duos filios interfecit rex Agamemnon
 In uno curru existentes; simul aut hæbant ueloces equos.
 Ex enim ipsorum manibus fugerāt habenæ splendidae.
 Hi autem turbati sunt, hic autem cōtra ruit leo tāquam
 Atrides, hi autem rursus ex curru supplicabant
 Vioscape, Atrei filii: tu autem digna suscipias dona:
 Multæ autem in diuitis patris opes iacent.
 Aesq; aurumq; multiq; laboris ferrum.
 Harum tibi donabit pater infinita dona,
 Si nos uiuos audiuerit in nauibus Græcorum.
 Sic hi flentes allocuti sunt regem
 Mitibus uerbis: immitem autem uocem audiuerunt.
 Siquidem iam Antimachi prudentis filij estis,
 Qui aliquando in Troianorū concione Menelaū iussit
 Nuncium uenientem cum diuino Vlysse
 Illic interficere, neq; dimittere retro in Achiuos;
 Nunc quidem iam patris indecentē soluite contumeliā.
 Dixit, & Pisandrum quidem ab equis deiecit humum,

Lætea pcutiēs ad pectus. hic at supinus ī terra firmat⁹ ē.
 Hippolochus aut de silijt. hunc rursus humi interfecit,
 Manus ense abscindens, & cervicem abscindens.
 Mortarium autem tanquam impulit uolui per turmā.
 Hos qdē dimisit; hic aut, ubi plurimæ turbabāt phalā-
 Illuc ruit, simul & alij fortissimi Achiui. (ges
 Pedites quidem, pedites perdebant, fugiētes necessitate:
 Equites autē equites, (sub autē ipsis mouebatur puluis
 Ex campo, quem concitauerant resonātes pedes equorū)
 Aere interfectos. sed rex Agamemnon
 Semper interficiens sequebatur Argiuis iubens.
 Sicut aut quando ignis noxius in lignosa incidit sylua:
 Vndiq; uoluens uentus fert; arbuscula autem
 Cum radicibus cadunt, impulsā ignis impetu.
 Sic ab Atride Agamemnone cadebant capita
 Troianorū fugientium. multi autem fortiū ceruiciū equi,
 Vacuos currus strepere faciebāt per belli transitus,
 Aurigis desiderantes eximios; hi autem in terra
 Iacebant, uulturibus meliores quā uxoribus.
 Hectora autem ex telis subduxit Iupiter, exq; puluere,
 Exq; cæde, exq; sanguine, exq; tumultu.
 Atrides autem sequebatur terribiliter Danais iubens.
 Hi autem apud Ili sepulchrum Dardanidē,
 Medio in campo apud ficum ruerunt,
 Cupidi ciuitatis; hic uocans sequebatur
 Atrides, sanguine autem fœdauit manus intangibiles.
 Sed quando iam Scæasq; portas & fugum uenerunt:
 Tunc iam steterunt, & inter se expectabant.
 Hi autem adhuc in medio cāpo timebant boues tanquā,
 Quas leo terruit ueniens in noctis medio.

Omnes. sed uni apparuit pernitiosa mors.
 Huius autem ceruicem fregit accipiens fortibus detibus
 Primum. postea autem sanguinem & uiscera oia deuorat.
 Sic hos Atrides insequabatur rex Agamemnon,
 Semper interficiens ultimum. hi autem fugiebant.
 Multi autem proni q; & supini excidebant equis
 Atride a mambus: circum ante enim lancea currebat.
 Sed qn iam cito debebat sub ciuitatem altumq; murum
 Ire, tunc iam pater uirorumq; deorumq;
 Idæ in cacuminibus resedit fontosæ
 Ex caelo descendens. tenebat autem fulgur in manibus.
 Irim autē concitauit aureaspēnashabentem nunciaturā.
 Vade age Iris uelox: hoc Hectori uerbum dic;
 Quandiu uidet Agamemnona pastorem populorum
 Ruentem in primis pugnis interficientem acies uirorū:
 Tandiu recedat. alium autem populum iubeat
 Pugnare inimicis in forti pugna.
 Sed postq̄ uel lancea uerberatus uel percussus sagitta,
 In equos saltat: tunc ei robur præbebo
 Interficere, donec naues bene tabulatas adueniat;
 Occidatq; sol & in tenebram sacram eat.
 Sic dixit, nec non persuasa est pedibus aëreis uelox Iris.
 Iuit autem ab Ideis montibus in Troiam sacram.
 Inuenit filium Priami prudentis Hectora diuinum
 Stantem in equis & curribus coniunctis.
 Propè autem stans allocuta est pedibus uelox Iris.
 Hector fili Priami Ioui consilio similis,
 Iupiter me pater misit tibi dicere,
 Quandiu uidēs Agamemnona pastorem populorum
 Ruentem in primis pugnis interficientem acies uirorū,

Tandiu recede à pugna. alium autem populum iube
 Pugnare inimicis in forti pugna.
 Sed postq̄ uel lancea uerberatus uel percussus sa gitta
 In equis saltat: tunc tibi robur præbebit
 Interficere: donec naues bene tabulatas adeas,
 Occidat q̄ sol & in tenebram sacram eat.
 Hæc quidem sic dicens abiuit pedibus uelox Iris.
 Hector autem ex curribus cum armis saltauit humum.
 Vibrans autem acutas lanceas in exercitum iuit undiq̄
 Incitans pugnare. suscitauit autem pugnam grauem.
 Hi autem uersi sunt, & contrarij stabant Achiuis.
 Argiui aut̄ ex altera parte fortificauerunt phalanges:
 Parata est at̄ pugna. stabat at̄ contrarij: sed Agamemnon.
 Primus ruit: uoluit autē maxime primo pugnare oīum.
 Diate nunc mihi Musæ cœlestes domos habentes.
 Quis iam primus Agamemnoni contrarius iuit,
 Vel ipsorum Troianorum, uel inclytorum auxiliatorū.
 Iphidamas Antenorides bonusq̄; magnusq̄;
 Qui nutritus est in Thracia fertili matre ouium.
 Cisseus hunc nutriuit domibus in paruulum existentem
 Auus maternus qui peperit Theanā pulchras genashntē.
 Sed postq̄ ubertatis gloriosæ peruenit ad mensuram;
 Illic quidem detinuit. dedit autem hic filiam suam,
 Nuptus autē ex thalamo post gloriam uenit Achiuorū
 Cum duodecim nauibus rostratis, quæ ipsum secute sunt.
 Has quidem postea in Percœpe reliquit naues æquales.
 Sed hic pedester iens ad Troiam uenit.
 Hic tunc Atridæ Agamemnoni obuius uenit.
 Hi autem tunc iam propè erant adinuicem uenientes.
 Atrides quidē errauit; præter sp̄e eius uersa est lancea.

Iphidamas autem in Zona thoracem subter
 Percussit: in aut ipse firmatus est: graui manu confidens.
 Neque transiuit balteum pulchrum: sed multo prius
 Argento obuians, plumbum tanquam uersus est cuspis.
 Et hanc manum accipiens late dominans Agamemnon,
 Traxit in ipsum promptus tanquam leo: ex aut manu
 Euulsit: hunc aut ense percussit ceruice: soluit aut membra.
 Sic hic quidem illic cadens, dormiuit æreum somnum:
 Miserabilis longe à desponsata uxore ciuibus auxiliâs
 Puella. cuius nullâ gratiâ cognouit: multa autem dedit.
 Primum centum boues dedit, postea autem mille promisit
 Capras, simul et oues, quæ ei multa pascebantur.
 Iam tunc Atrides Agamemnon interfecit.
 Iuit autem portans ad turmâ Achiuorum arma pulchra.
 Hunc autem postquam igitur Coon gloriosus uirorum
 Primogenitus Antenorides fortis, ipsum dolor
 Oculis cooperuit fratris cadentis.
 Stetit aut ex obliquo cum læcea, latens Agamemnona diuinum.
 Percussit autem ipsum in manu media, cubitum infra.
 Contra autem exiuit splendidæ lanceæ cuspis.
 Timuit autem postea rex uirorum Agamemnon.
 Sed neque sic cessauit à pugna et bello.
 Sed irruit Cooni habens fortem lanceam.
 Certe hic Iphidamanta fratrem et auum
 Trahebat pede promptus, et clamabat omnes optimos.
 Hunc autem trahente ad multitudinē: sub scuto umbiculoso
 Vulnerauit lancea ærea; soluit autem membra.
 Huius autem in Iphidamante caput abscidit astans
 Illic Antenoris filij ab Atride rege
 Mortem complentes, iuerunt domum inferni intra.

Agamē
 nō Iphī
 damāca
 occidit.

Sed hic aliorum inuersus est acies uirorum,

Lanceaq; enseq; magnisq; saxis:

Qandiu ei sanguis adhuc calidus exiuit ex uulnere.

Sed postq; hoc qdē uulnus siccātū est, cessauitq; sanguis:

Acuti autem dolores adiuerunt fortitudinem Atridæ.

Sicut autem quando dolentē habet telū acutum mulierē

Acute hoc autē præmittunt laborem faciētes Ilithyæ

Iunonis filix amarus dolores habentes.

Sic acuti dolores adiuerunt fortitudinem Airidæ;

In currum autem ruit, & aurigæ præcepit

Nauibus in concauis ducere: tristatus est enim cor.

Clamauit autem ualde Danais iens.

O amici Argiuorum, principes & primores:

Vos quidem nunc nauis expellite ponto transeuntibus

Pugnā molestam: quoniam non me consiliarius Iupiter

Permisit Troianis toto die pugnare.

Sic dixit, auriga autē uerberauit pulchrorū criniū equos,

Nauis in concauas. hi autem non inuiti uolauerunt.

Spumabāt at pectora; spargebātur autē subter puluere

Consumptum regem à pugna seorsum portantes.

Hector at, postq; intellexit Agamēnona seorsum eūtem,

Troianisq; & Lycijs iussit, longe clamans.

Troiani, & Lycij, & Dardani bellicosi

Viri este amici. re cor damini autē strenuæ fortitudinis.

Iuit autem uir optimus. mihi autē magnā gloriā dedit

Iupiter Saturnides; sed rectā impellite solūgulos equos

In fortissimos Danais: ubi magnam gloriā accipietis.

Sic dicens, concitauit robur & animum uniuscuiusq;

Sicut autem quando aliquis uenator canes alborūdentū

Instigat in syluestri porco, capro, uel leoni.

Agamē /
non sau /
cius e pu /
gna exce /
dit.

Sic contra Achiuos instigauit Troianos magnanimos.
 Hector Priamides homicidæ æqualis Marti.
 Ipse autem inter primos ualde cogitans iuit.
 Incidit pugnae supra fluenti æqualis turbini
 Qui de siliens nigrum pontum commouet.

Hector
 quos in-
 teremit.

Tunc quem primum, quem ultimum interfecit
 Hector Priamides, quando ei Iupiter gloriam dedit?
 Assesum quidem primum & Antonoum & Opitem,
 Et Dolopen, Clytidem, & Opheltium, & Agelaum,
 Esymnumq;, Orumq;, & Hipponoum bellicosum.

Hos hic principes Danaorum interfecit: sed postea
 Multitudinem. sicut quando Zephyrus nebulas comouet
 Procellosi Noti profundo turbine uerberans;
 Multa aut uolubiliter unda mouetur, in altum at spuma
 Spargitur ex uenti multum errantis flatu.

Sic multa capita ab Hectore domata sunt populorum.
 Tunc pestis erat, & crudelia opera fiebant.

Et in nauibus cecidissent fugientes Achiui,
 Nisi Tydidæ Diomedæ iussisset Vlysses.

Tydides quid passi obliti sumus strenuæ uirtutis?
 Sed age, hic amice apud me sta. iam enim ignominia
 Erit si naues accipiet galeatus Hector.

Hunc autem respondens allocutus est fortis Diomedes.

Certe ego manebo & tolerabo: sed paululum
 Nostrum erit lætitia, quonia nebularum congregator Iupiter
 Troianis iam uult dare potentiam quam nobis.

Dixit, & Thymbræum quidem ab equis deiecit humum,
 Lancea percutiens in papilla sinistra. sed Vlysses
 Diuinum famulum Moliona huius regis.

Hos quidem postea dimisit, quoniam à bello cessauerant.

Hi autem in multitudinē euntes turbabant. sicut quā capri
 In campis uenaticis ualde scientes incidunt.
 Sic interficiebant Troianos iterum ruentes. sed Achiui
 Libenter fugientes respirabant Hectora diuinum.
 Tunc acceperunt currumque; & uiros populi optimos
 Filios duos uiri Percosij, qui supra omnes
 Sciebat uaticinia; neque suos filios sinebat
 Ire in bellum corruptiuumuirorum. hi autem ei non
 Obediuerunt: Parcae enim ducebant nigrae mortis.
 Hos quidem Tydides lancea inclytus Diomedes
 Animo & anima priuans inclyta arma abstulit:
 Hippodamum autē Vlysses & Hypirochum inter se cit.
 Tunc eis aequaliter pugnam extendit Saturnius,
 Ex Ida deorsum aspiciens: hi autē inter se interficiebāt.
 Certe Tydei filius Agastrophum uulnerauit
 Lancea Pgonidem heroem in coxa, non enim ei equi
 Propē erant fugere: laesus est autem ualde animo.
 Hos quidem. n. famulus longe habebat. sed hic pedestris
 Ruebat per primos pugnaiores, quosque dilectā pādidit
 Hector at cito itelligēs in turmis irruit in ipsos (aiam.
 Resonā: simul autem Troianorū sequebātur phalāges.
 Hunc autem uidens timuit uocem bonus Diomedes.
 Statim autem Vlyssēm allocutus est propē existentem.
 Nobis autem hoc nocumentum uoluit fortis Hector.
 Sed age iam stemus, & iuuenus manentes.
 Certe & uibrans praenūtit longam lanceam,
 Et percussit (neque errauit obseruans) in capite
 Extremam iuxta galeam: errauit autem ab aere aēs:
 Neque iuit ad corpus malum: liberauit enim galea
 Triplex acuta, quam ei praebuit Phoebus Apollo.

Hector autē cito cucurrit, mistusq; est in multitudine:
 Stetit at genu flexo cadens, & firmatus est manu forti
 Humi: arcum autem populos nigra nox cooperuit.
 Quandiu autem Tydides ad lanceæ iuit impetum
 Longe inter propugnatores, ubi eius iacebat in terra;
 Tandiu Hector resipuit: & iterum in currum ruens
 Duxit ad multitudinem, & evitauit mortem nigram.
 Lancea autem ruens allocutus est fortis Diomedes.

Nunc effugisti mortem canis: certe tibi propè

Diome's
 des He/
 ctori at/
 tonico in
 sultat.

Venit malum: nunc te liberauit Phœbus Apollo,
 Cui debes precari iens in somnum iaculorum.
 Certe te expediam, & posteriùs obuians:
 Sicubi aliquis & mihi deorum adiutor est.
 Nunc rursus alios persequar quencunq; inueniam.
 Dixit, & Peonidem lancea in clytū spoliauit.
 Sed Alexander Helenæ maritus pulchro scrines habetis
 Tydide arcus intendit pastor populorum,
 In columna inclinatus uiri dormitorio in sepulchro
 Ili Dardaniæ, antiqui in populo senis.
 Certe hic quidem thoracem Agastropho fortissimi
 Abscidit à pectoribus pulchrū, parmamq; ab humeris,
 Et galeam fortem; hic autem arcus ulnam retraxit,
 Et percussit (neq; ipsum uana sagitta effugit manu)
 Plantam dextri pedis; totaliter autem sagitta
 In terra fixa est. hic autem ualde suauiter ridens
 Ex insidijs saltauit: & gloriabundus uerbum dixit.
 Percussus es, neq; uanū telum effugit: utinā debuissim tibi
 Vltimum in uentrem percutiens animam abstulisse.
 Sic & Troiani quieuissent à malo;
 Qui te timent leonem tanquam mugientes capræ.

Paris Dio
 mede ex
 insidijs
 vulnerat

Hunc

Hunc autem non timens allocutus est fortis Diomedes.
 Sagittarie no cive capitis splendide proce;
 Siquidem iam contra cum armis tentabis,
 Non te iuuabit arcus & multæ sagittæ.
 Nūc autē me supra radēs plātā pedis gloriaris inaniter:
 Nō curo tā quā si me mulier percussisset, uel puer insciēs.
 Insensibile enim telum uiri impotentis nulliusualoris.
 Certe aliter à me: & si paululum tanget,
 Acutum telum est, & mortalem statim faciet:
 Hunc autem uxoris quidē circa laceratæ erunt genæ:
 Pueri autem orphani. hic autē sanguine terrā rubefaciēs.
 Putrescet. aues autem plures quàm mulieres.
 Sic dixit. hunc autem Vlysses læcæainclytus propè ueniēs.
 Stetit ante. hic autem à tergo sedens telum acutum
 Ex pede traxit: dolor autem per corpus uenit molestus.
 In currum autem ascendit, & aurigæ iussit
 Nauibus in concavis dirigere cursum. dolebat autē cor.
 Solus erat autē Vlysses lanceainclytus; neq; aliq; ipsum
 Argiuorum apud manebat: qm̄ timor accepit omnes.
 Dolens autem dixit ad suum magnum animum.
 Hei mihi quid patior, ualde enim malum si fugiam
 Multitudinem timens. hoc autem molestum, si captus ero.
 Solus. alios autem Danaos terruit Saturnius.
 Sed quid mihi dilectus consultat animum.
 Scio enim quòd mali quidem recedunt à pugna.
 Quicumq; autē optime agit pugna in, hūc ualde opus est
 Stare fortiter, uel feriat, uel feriat alium.
 Dum hic hæc uersat in mente & in ammo,
 Interim ad Troianos cohortes ueniebant clipeatos:
 Impellebāt autē in medijs inter ipsos nocumētū ponētes.

Diome /
 des a Pa /
 ride vul,
 neratus
 pugna ex
 ccuta.

Vlyſſis
in pugna
virtus.

Sicut autem quoniam aprum circa canes pubescentesque; iuuenes
Ruuunt. hic autem uenit profundo ex saltu
Acuens album dentem cum circumflexis maxillis.
Circum autem ruunt, sub autem stridor dentium
Fit. hi autem manent cito grauius existentem.
Sic tunc circa Vlyſſem Ioui dilectum ruunt
Troiani. hic autem primum quidem eximium De iopite
Vulnerauit humerum super saltans acuta lancea.
Sed postea Thoonem & Ennomum interfecit:
Chersimanta autem postea in equos ruentem
Lancea in umbilicum sub scuto umboſo
Percuſſit. hic autem in pulueribus cadens tetigit terram cubito.
Hos quidem reliquit. hic autem Hippasidem Charopem uulne-
Fratrem generosi Soci. (rauit lancea
Huic autem auxiliaturus Socus iuit diuinus uir.
Stetit autem ualde propere iens, & ipsum uerbum allocutus est.
O Vlyſſes clarissime insidiarum rursusque; & laboris,
Hodie uel duobus gloriaberis Hippasidis
Tales uiros interficiens, & arma auferens;
Vel mea a lancea uerberatus animum perdes.
Sic dicens uulnerauit scutum undique; æquale.
Per quidem scutum transiuit splendidum fortis lancea,
Et per thoracem pulchrum firmata est.
Omnem autem a lateribus cutem separauit, neque siuit
Pallas Minerua misceri uisceribus uiri.
Cognouit autem Vlyſſes quod ei non telum letale uenit.
Retro cedens Socum uerbum allocutus est.
O miser certe ualde iam te inuenit grauis mors.
Certe quidem me remouisti contra Troianos pugnare.
Tibi autem ego hic dico cedem & mortem nigram

Die hoc fore mea autem à lancea interfectum,
 Gloriã mihi dare, animã aut inferno inclyto sequoshnti.
 Dixit, & hic quidem ad fugam retro uersus abiuit.
 Huic autem uerso dorso in iaculum confixit,
 Humerorum in medio, per autem pectora transiuit.
 Sonuit autem cadens. hic autẽ gloriatus ẽ diuus Vlysses.
 O Socæ Hippasi fili prudentis equidomitoris,
 Cepit te finis mortis inueniens, neq; aufugisti.
 O miser non quidem tibi pater & honoranda mater
 Oculos claudent morienti. sed aues
 Cruda comedentes circum pennas densas iacentes.
 Sed postq̃ ego mortuus fuero, sepeliẽt me diuini Achiui.
 Sic dicens Soci prudentis impetuofam lanceam
 Extraq; corpus traxit & scutum umbosum.
 Sanguis autem ei euulsa profluebat. dolebat aut animo.
 Troiani at magnanimi postq̃ uiderũt sanguinẽ Vlyssis,
 Cohortantes in multitudinem contra ipsum oẽs iuerũt.
 Sed hic retro cedeat, uocabat autem socios.
 Ter quidem postea uocauit quãtũ caput capiebat uiri,
 Terq; audiuit clamantem bellicosum Menelaum.
 Statim autem Aiacem allocutus est propè existentem.
 Ajax diuine Telamonie princeps populorum
 Circa me Vlyssis prudentis uenit uox,
 Huic similis tanquam si ipsum uiolarent solũ existentẽ
 Troiani diuidentes in forti pugna.
 Sed eamus in multitudinem. iuuare enim melius.
 Timeo nequid passus sit in Troianis solus
 Bonus existens. magnum autem desyderiũ Danais fiet.
 Sic dicẽs, hic qdẽ pibat, hic aut simul seq̃bat diuinus uir.
 Inuenerũt postea Vlysses Ioui dilectũ. circũ aut ipsum

Troiani sequebantur. sicut crudi lynces in montibus
 Circa ceruum cornutum percussum existentē percussit uir
 Sagitta à corda. hunc quidem fugit pedibus
 Fugiens, donec sanguis calidus & genua mouentur.
 Sed postquam hunc domuit uelox sagitta,
 Cruda comedentes ipsum lynces in montibus lamiant
 In nemore umbroso. leonem autē induxit fortuna
 Nocium. lynces quidem fugiunt, sed hic deuorat.
 Sic tunc circa Vlyssēm prudentem consultorem
 Troiani sequebantur multiq; & fortissimi: sed hic heros
 Ruens sua lancea expellebat særum diem.
 Ajax autem propè uenit ferens scutum uelut turrim:
 Stetit autem apud. Troiani autem fugerunt aliò alius.
 Certe hunc Menelaus bellicosus eduxit multitudine
 Manu tenens: donec famulus propè duxit equos.
 Ajax autem Troianos contra saltans interfecit Doriclū
 Priamidem nothū filiū. postea autē Pádocū uulnerauit.
 Vulnerauit & Lysandrum & Pyrasum & Pylatem.
 Sicut autem quando plenus fluuius in campū descendit
 Torrentes à montibus præbens Iouis hymbre:
 Multas autem quercus aridas, multas autem & pinus
 Infert, multam & frondem in mare iacit.
 Sic insequabatur turbans in campum illustris Ajax
 Interficiens equosq; & uiros. neq; dum Hector
 Audierat, quoniam pugnae in sinistra pugnabat omnis
 Ripas apud fluuij Scamandri: qua maxime (batur
 Virorū cadebant capita. uox autē inextinguibilis moue-
 Nestoraq; circa magnū & bellicosum Idomeneum.
 Hector quidem inter ipsos uersabatur magna faciens,
 Læceaq; equitatuq; iuuenum alit populabat phaláges.

Vlysses
 e pugna
 vulnera /
 tus exce-
 dit.

Comp2/
 ratio am
 nis.

Neq̄ dum recessiffem à uia diuini Achiui:
 Nisi Alexander Helenæ maritus benecomatæ
 Cessare fecisset optimum Machaonē pastorē populorū
 Sagitta trifulci percutiens in dextero humero.
 Hunc circa timuerunt fortitudinem spirantes Achiui,
 Ne aliquo modo ipsum bello declinato interficerent.
 Statim autē Idomeneus allocutus est Nestora diuinum.
 O Nestor Neleide magna gloria Achiuorum,
 Age tuos currus inscende, apud autem Machaon
 Ascendat. in naues autem uelociffime impelle solūgulos
 Medicus enim uir multis pro dignus alijs (equos.
 Sagittasq̄; p̄cidere inq̄; mitigabili medicam̄ta spargere.
 Sic dixit. neq̄; nō p̄suasus ē honoratus equitator Nestor.
 Statim autē suos currus ascendit: apud autē Machaon
 Ascendit Asclepy filius eximij medici.
 Verberauit autē equos: hi autem non inuiti uolabant
 Naues in concauas. eo enim dilectum erat animo.
 Cebriones autem Troianos turbatos cognouit,
 Hectora apud iens, & ipsum uerbum allocutus est.
 Hector nos quidem hic uersamur cum Danais
 In extremitate belli male sonantis. sed iam alij
 Troiani tumultuantur maxtim equiq̄; & ipsi.
 Ajax at̄ tumultuat̄ Telamonus: bñ autē ipsum cognoui.
 Spaciosum enim circa humeros gerit scutū. sed & nos
 Illuc equosq̄; & currum dirigamus, ubi maxime
 Equestres pedestresq̄; malam contentionem antepōnētes
 Inter se interficiunt. uox autē inextinguibilis mota est.
 Sic dicens, uerberauit pulchros crines habentes equos
 Flagello sonanti: hi autem percussionē audientes, (uos,
 Celeriter ferrebāt uelocē currū ad Troianos et Achi-

Medicus
 multis
 alijs pol-
 lect.

Machaō
 e pugna
 digredi-
 tur fau-
 cius.

Calcantes mortuosq; & scuta. sanguine autem axis
 Subter totus perfusus est, & ambitus qui circa sellam
 Quos ab equinis unguulis guttæ perfundebant,
 Quiq; à cantho. hic aut pergebat ingredi multitudinē
 Virilem perrumpereq; saltans. in autem tumultum
 Misit malum Danais. parum autem cessauit lancea.
 Sed hic alios contra uersus est ceteruas uirorum
 Lanceaq; enseq; magnisq; saxis.

Aiacis autem compefcuit pugnam Telamonidæ.

Aiax ob
 Hectoris
 interuē/
 tum in
 fugā ver/
 titur.

Iupiter aut pater Aiace m altesedēs in timorē cōcitauit.
 Stetit aut stupefactus. post tergū at reiecit scutū septēpel
 Timuit at aspiciēs i multitudine feræ silis (liūbouinarū.
 Retro uersus genu cum genu mutans.

Sicut autem fortem leonem boum à mediamandria

Expellunt canesq; & uiri agrestes.

Hicq; ipsum non sinunt boum pinguedinem accipere

Totanocte uigilantes. hic autem carniū cupidus

Ruit; sed nihil facit; frequentia enim iacula

Obuium expellunt fortibus à manibus

Incensæq; faces, hasq; timet uiolentus quamuis.

Mane autem à longe discedit tristis animo.

Sic Aiax tum à Troianis dolens cor

Iuit multū inuitus. de enim timebat nauibus Achiuorū.

Sicut autem qñ asinus in aruum iens uiolatur à pueris

Segnis, quē iam multi circum baculivtringq; infringunt,

Tondetq; ingressus profundum pratum. hi autem pueri

Vulnerant baculis ui puerili ipsorum.

Vixq; expellunt postq̄ saturatus est pabulo.

Sic tunc postea Aiace m magnū Telamonium filium

Troiani magnanimi longe q; uocati auxiliares

Compa/
 ratio asi/
 ni.

Percutiētes iaculis magnum scutum semper sequebantur
 Ajax autē aliqñ quidem recordabatur strenuæ uirtutis
 Retro conuersus, & cohibebat phalanges
 Troianorū equidomitorū; aliqñ autē reuertebat fugere.
 Omnes autem prohibebat ueloces in naues ire.
 Ipse autem Troianorum & Achiuorū ruebat in medio
 Stans, lanceæ autem fortibus à manibus
 Aliæ quidem in scuto magno figebatur motæ ulterius;
 Multæ autem & in medio ante corpus album auferre.
 Interea steterunt cupientes corpori noceri.
 Hunc autem postq̄ intellexit Euemonis illustris filius
 Eurypylus densis obrutum telis
 Stetit apud ipsum iens, & iaculatus est lancea splendida.
 Et percussit Phausiadem Apisaonem pastore populorū
 Hepar subter præcordia. Statim autem genua soluit.
 Eurypylus autem irruit, & abstulit arma ab humeris.
 Hunc autem postquam cognouit Alexander diuinus,
 Arma auferentem Apisaonis statim arcum
 Traxit in Eurypylum, & ipsum percussit femore sagitta.
 Dextro, fracta est autē harundo: grauauit autem femur.
 Retro autem sociorum ingentem cecidit mortem fugiens.
 Exclamauit autem ualde Danaïs iens.
 O amici Argiuorum principes & primores
 State uersi, & expellite miserum diem
 Aiace[m] qui telis obruitur. neq[ue] ipsum opinor
 Fugere ex bello malo. sed ualde contra
 State circa Aiace[m] magnum Telamœnium filium.
 Sic dixit Eurypylus uulneratus. hi autem apud ipsum
 Propinqui steterunt scuta humeris inclinantes,
 Lanceas eleuantes. his autem obuius inuit Ajax.

Stetit autem conuersus postquã uenit multitudo sociorũ.
 Sic hic quidem pugnabat corpus igne urente.
 Nestorem autem ex bello portabant Neleij equi
 Sudantes. ducebant autẽ Machaonẽ pastorẽ populorũ.
 Hũc aut uides cognouit pedibus uelox diuus Achilles:
 Stabat enim in puppi sublimi nauis,
 Inspiciens laborem grauem, insecutionẽq; lachrymosam.
 Statim autem socium suum Patroclum allocutus est,
 Nomine uocans apud nauem. hic aut ex tentorio audiẽs
 Exiuit similis Marti. mali autem ei fuit principium.
 Hunc prior allocutus est Menœtij fortis filius.
 Cur me uocas Achilles; quid autem te opus est mei.
 Hunc autem rĩdens allocutus est pedibus uelox Achilles.
 Diuine Menœtiade meo charissime animo,
 Nunc puto circa genua mea statum iri Achiuos
 Supplicãtes. necessitas. n. uenit nõ amplius tolerabilis.
 Sed age nunc Patrocle Ioui dilecte Nestorẽ interrogã
 Quem hunc ducit percussum ex bello.
 Certe quidem à tergo Machaoni omnia similis est
 Asclepiadæ. sed non uidi oculos uiri:
 Equi enim me transferant ulterius prompti.
 Sic dixit, Patroclus autem dilecto obediuit socio.
 Iuit autem currere apudq; tẽtoria & naues Achiuorũ.
 Hi autem quãdo iam ad tentorium Neleidæ puenerũt;
 Ipsi quidem descenderunt in terram multapascentem:
 Equos autem Eurimedon famulus soluit semis
 Ex curribus. hi autem sudorem siccabant uestium,
 Stantes ad auram apud littus maris, sed postea
 In tentorium uenientes in sedibus sederunt.
 His autẽ præparabat potionẽ pulchros crines hñs Hecadæ
 (meda,

Achilles
 Patroclũ
 mittit ad
 Nestorẽ.

Quam accepit ex Tenedo senex, quā destruxit Achilles
Filiam Arsinoi magnanimi, quam ei Achivi
Elegerunt: quoniam consilio antecedebat omnes.
Hæc ipsis primum quidem apposuit mensam
Pulchram, nigris pedibus politam: sed in ipsam
Aeream lancem, in autem cepam potioni condimentum,
Et mel recens. apud autem farinæ sacræ cibum.
Apud autem poculum pulchrū quod ex domo duxit senex
Aureis clavis transfixum: aures autem ipsius
Quatuor erant: duæ autem columbæ circum unā quāq;
Auræ pascebantur: duo autem sub pedes erant,
Alius quidem laborans à mensa
Plenum existens. Nestor autem senex sine labore eleuabat.
In quo ipsis miscuit mulier similis deabus,
Vino nigro. in autem caprinum tritauruit caseum
Gratuosa ærea, in autem farinas albas miscuit.
Bibere autem iussit postquā præparauit potionem.
Hi autem postquā biberunt, abiecerunt multū aridā sitim.
Sermionibus delectabantur inter se dicentes.
Patroclus autem ianuis astitit diuinus uir.
Hunc autem uidens senex, à sede surrexit splendida;
Introduxit autem manu accipiens: sedere autem iussit.
Patroclus autem ex altera parte renuebat: dixitque uerbū.
Non sedes est senex diuine, neque me persuadebis
Venerande: culpans qui me præmisit inquirere
Quem hunc ducis percussum. sed et ipse
Cognosco: uideo autem Machaona pastorem populorū.
Nunc autem uerbum dicens, iterum nuncius uado Achilli.
Bene autem tu scis senex diuine, qualis ille
Grauis uir, cito et insontem culpat.

Hinc at respondit postea honoratus equitator Nestor,

Nestorad
Patroclū.

Quid & sic Achilles tristificas filios Achiuorum
 Quicumq; iam telis percussi sunt. neq; sit
 Doloris quantum commouit in exercitum. nam optimi
 In nauibus iacent percussi, uulneratiq;
 Percussus est quidem Tydides fortis Diomedes.
 Vulneratus est & Vlysses lætæainclytus & Agamēō.
 Percussus est autē & Eurypylus in femine sagitta.
 Hunc autem alium ego nuper adduxi ex bello
 Sagitta à chorda percussum. sed Achilles
 Bonus existens Danaorū non curā habet, neq; miseretur,
 An cunctatur, donec iam naues ueloces propè mare
 Argiuis inuitis igne hostili comburantur?
 Ipsiq; interficiamur alijs ueralios. non enim mea uis
 Est, qualis antea fuit inflexibilibus membris.
 Utinam sic pubescerem, uis & mihi firma esset,
 Sicut quando Elidensibus & nobis contentio facta est
 Circa boum prædam, quando ego interfeci Itimoneum
 Bonum Hypirochidem qui in Elide habitabat
 Credita expellens. hic autem auxilians suis bobus
 Percussus est inter primos mea à manu iaculo,
 Et cecidit. populi autem circa fugerunt agrestes.
 Prædam autem ex campo abegimus ualde multam,
 Quinquaginta boum armenta, totidem greges ouium.
 Totidē porcorum greges, totidem greges lati caprarū.
 Equas autem flauas centum & quinquaginta
 Omnes fœminas, multis autem pulli inerant:
 Et hæc quidem abegimus Pylum Neleium intra
 Nocturni ad ciuitatem. lætatus est at mentibus Neleus,
 Qm̄ mihi contigerunt multa iuueni militiā eunti.

Præcones autem edixerunt simul aurora apparente
 Hos ire quibus debitum debebatur in Elide diuina.
 Hi autem cœgregati Pyliorum ductores uiri
 Diuiserunt. multis enim Epj debitum debebant.
 Sed nos pauci male affecti in Pylo eramus.
 Veniens enim male affectis uis herculea
 Prioribus annis: interfecti sunt autem quicumq; optimi.
 Duodecim enim Nelei egregij filij eramus,
 Horum solus relictus sum. alij autem omnes perierunt,
 His superbientes Epj Loricati
 Nos iniuria afficientes iniusta excogitarunt,
 Senex autem armentumq; boum & gregem magnam ouium
 Accepit diuidens trecentos & pastores:
 Etenim huic debitum magnum debebatur in Elide diuina.
 Quatuor certatores equi ipsis curribus
 Venientes ad certamina, de tripode enim debebant
 Currere. hos autem illic rex uirorum Augias
 Detinuit, aurigam autem dimisit male affectum equorum.
 Senex uerbis iratus ac & factis:
 Accepit ualde multa: alia autem in populum dedit
 Diuidere, ne quis eius priuatus iret æqualitate.
 Nos quidem singula dispensauimus circaq; ciuitatem
 Facimus sacra deis. hi autem tertio die omnes
 Venerunt simul, ipsiq; multi & solunguli equi
 Omni impetu; cum autem ipsis Moliones armati sunt,
 Pueri adhuc exñtes, nondum ualde sciētes strenue fortitudi
 Est autem quædam Thrioesa alta iugo (nis.
 Longe ab Alpheo ultima Pyli harenosis:
 Hanc obsidebant expugnare prompti.
 Sed qm̄ omnem campum transierant, nobis autem Minerva,

Augias
 Epiorum
 rex

Nuncia venit, delapsa ab olympo armari
 Nocturna, neq; inuitum Pylū in populū congregauit
 Sed ualde promptos bellare. neq; Meneleus
 Permisit armari: abscondit autem mihi equos.
 Non enim dum me dicebat scire bellica opera.
 Sed & sic cum equitibus exiuit nostris;
 Et pedester exiit, qm̄ adducebat contentionē Minerua.
 Est autem quidem fluuius Minyeius in mare uadens,
 Propē Arene, ubi expectabamus auroram diuinam
 Equestres Pyliorū, hæ at profluxerūt gentes pedestriū
 Inde impetualiter cum armis armati
 Meridiani peruenimus sacrum fluxum Alphei.
 Ibi Ioui facientes potenti sacrificia bona:
 Taurum autem Alpheo, taurum & Neptuno.
 Sed Mineruæ glaucosoculohabenti bouē indomitam.
 Cœnam postea suscepimus, in exercitu in ordinibus.
 Et dormiuimus in armis suis unusquisq;
 Circa fluentia fluuij. sed magnanimi Epj
 Circunstabant ciuitatem, expugnare prompti.
 Sed ipsis ante apparuit magnum opus Martis.
 Quando enim sol splendidus super fuit terra,
 Concurrimus pugna, Ioui supplicantes, & Mineruæ.
 Sed quando iam Pyliorum & Epiorum fuit contentio:
 Primus ego interfecei uirū (exportaui autem solungulos
 Muliū bellicosum: gener autem erat Augiæ. (equos)
 Seniore[m] autem filiam habuit flauam Agamedam:
 Quæ tot medicamenta sciebat, quot nutrit lata terra.
 Hunc quidem, ego accedentem percussi ærea lancea.
 Cecidit autem in pulueribus. ego autem in currū ruēs
 Steti inter primos. sed magnanimi Epj

Fugerunt alius aliò postq̄ uiderunt uirum cadentem,
 Ductorem equitum qui optimus erat pugnare.
 Sed ego irruens nigro turbini similis,
 Quinquaginta accepi currus. duo autem circa singulū
 Viri mordicus acceperunt terrā mea à lancea interfecti.
 Et Aetoride Moliones filios perdidissem,
 Nisi ipsos pater late dominans Neptunus
 Ex bello seruasset cooperiens nebula multa.
 Tunc Iupiter Pylis magnam potentiam dedisset.
 Tandiu enim insequimur per Aspidem campum
 Interficiētesq̄ ipsos, armaq̄; pulchra colligentes,
 Donec in Buprasium multifrumenti irefecimus equos;
 Petramq̄; Oleniam & Alesium: tunc Colone
 Vocata est unde retro uertit populum Minerva.
 Tunc uirum interficiens ultimum reliqui. sed Achiu
 Retro à Buprasio Pylum impellebant ueloces equos.
 Omnes autē palmam dabant deorū Ioui Nestori uirorū.
 Talis fui, si quando eram inter homines. sed Achilles
 Solus sua uirtute fruitur. certe ipsum puto
 Multum imposterumpœnitere, postq̄ populus peribit.
 O amice nunquid quidem tibi Menœtius sic præcepit
 Die illo, quando te ex Phthia Agamemnoni misit?
 Nos autem intus existentes ego & diuinus Vlysses,
 Omnia ualde in domibus audiuimus sicut præcepit.
 Pelei autem iuimus domos benehabitatas,
 Populum congregantes in Achaide fertili.
 Illic autem postea herosa Menœtium inuenimus intus
 Et te apud autem Achillem, senex equitator Peleus
 Pinguia crura adolebat bouis Ioui gaudentis fulmine
 Aulæ in cohorte. tenebat autem aureum poculum.

Libans nigrum uinum in ardentibus sacris.

Vos quidem circa bonis curabatis carnes. nos at postea

Stetimus in prostibulis. stupefactus at exiliit Achilles:

Intro at duxit manu accipiens, deorsum at sedere iussit:

Hospitaliaq; bene apposuit quæ hospitibus equum est.

Sed postq; delectati sumus cibo & potu;

Incepi ego uerbis iubens uos simul sequi.

Vos at ualde uolebatis. hi at ambo multa preceperunt.

Peleus quidem suo filio senex precepit Achilli

Semper optima facere, & eximium esse aliorum.

Patroci^o Tibi autem rursus sic precepit Menœtius Aëtoris filius:

Achille^o Fili mi generatione quidem superior est Achilles;

senior^o Antiquior autem tu es: ui autem hic multo melior.

Sed bene ei loquere sapiens uerbum, & admone,

Et ei iube. hic autem parebit in bonum.

Sic precepit senex. tu autem oblitus es. sed item & nunc

Hæc dicas Achilli prudenti, si per suadebitur.

Quis autem scit ei cum deo animum mouebis

Admonens. Bona autem admonitio est amici.

Si autem aliquod mentibus suis uaticinium fugit.

Et aliquod ei à Ioue dixit casta mater,

Saltem te præmittat, simul & alius populus sequebatur

Myrmidonum, si aliqua lux Danais fias:

Et tibi arma bona det ad bellum portare.

Si te huic assimilantes abstineant bello

Troiani. respirent autem bellicosi filij Achiuorum

Consumpti, parua autem respiratio belli.

Facile autem indefessi defessos uiros clamore

Expelletis ad ciuitatem nauibus ab & tentorijs.

Sic dixit. huic autem animum in pectoribus mouit.

Perrexit autem currere ad naues ad Aeacidē Achilleū.
 Sed quando iam præter naues Vlyssis diuini
 Ibat currens Patroclus, ubi ipsis concioq; iusq;
 Erat. illic & ipsis deorum facta erant altaria.
 Illic ei Eurypylus percussus obuiauit.
 Diuinus Euemonides in crure sagitta
 Claudicans ex bello. ab autem humidus fluebat sudor
 Humeris & capite, ab autem uulnere molesto
 Sanguis niger scaturiebat, mens quidem firma erat.
 Hunc autem uidens misertus est Menæti fortis filius,
 Et complorans uerba uelocia allocutus est.
 O miseri Danaorum principes & primores.
 Sic futuri estis procul ab amicis & patria terra
 Satiare in Troia ueloces canes alba pinguedine.
 Sed age mihi hoc dic diuine Eurypyle heros
 Nunquid adhuc tolerant magnum Hectora Achiuū,
 An iam corrumpuntur ab ipsius lancea interfecti?
 Huic at rursus Eurypylus prudens contra locutus est.
 Non amplius diuine Patrocle auxilium Achiuorum
 Erit. sed in nauibus nigris cadent.
 Hi quidem enim iam omnes quot ante erant optimi
 In nauibus iacent percussi uulneratiq;
 Manibus à Troianorū: horū at robur augetur semper.
 Sed me quidem tu bene serua ducens in nauem nigram:
 Cruris autem incide sagittam: ab ipso at sanguine nigrū
 Laua aqua calida: in at mitigatoria medicamēta sparge
 Bona: quæ te ab dicunt Achille doctum esse.
 Quem Chiron docuit iustissimus Centaurorum.
 Medici quidem enim Podalyrius & Machaon:
 Hunc quidem in tentorijs puto uulnus habentem

Indigentem, & ipsum eximio medi-
 Iacere. hic at in campo Troianorum sustinet acutum martem.
 Hunc autem rursus allocutus est Menæti fortis filius.
 Quomodo erunt hæc opera? quod faciemus Eurypile heros?
 Eo ut Achilli prudenti uerbum dicam
 Quod Nestor præcepit senex custos Achiuorum.
 Sed neque sic te dimittam consumptum.
 Dixit, & sub pectore accipiens ducebat pastorum populorum
 Ad tætorium. famulus autem uidens substravit pelles bouinas.
 Illic ipsum extendens ex crure incidit gladio
 Acutam sagittam: ab ipso autem sanguinem nigrum
 Lauit aqua calida: in autem radicem iecit amarâ
 Manibus terens dolorem expellentem: quæ ei omnes
 Expulit dolores. uulnus quidem sicutatum est: cessauit
 sanguis.

ARGUMENTVM. M. HO-
 MERI COMPOSI-
 TIONIS.

Descendentes Troiani ab equis transierunt vallum:
 & infausto ipsis apparente aue, & in quinque or-
 dines diuisi percutiunt murum Græcorum. Tunc Sarpe-
 don propugnaculum deorsum vellit. Hector autem la-
 pide percutiens portas intrauit naues, & cum ipso
 omnes Troiani,

My, Troianorum manibus decidit murus Achiuorum.



hic quidem in tentorijs Menæti fortis filius
Medebat Eurypylū percussum. hi autem pugnabant
Argiui & Troiani misti: neq; debebat

Vallum amplius custodire Danaorū & murus desuper
Latus. hunc fecerunt naues supra. circum autem uallum
Fabricauerunt (neq; Deis dederūt gloriosas hecatōbas)
Ut ipsis nauesq; ueloces & prædam multam
Intus habens custodiret. Deis autem inuitis factus est
Immortalibus. propter hoc & nō multo tpe firmus fuit.
Quādiu quidē Hector uiuus fuit & iratus ē Achilles,
Et Priami regis inexpugnata ciuitas fuit;
Tandiu autem & magnus murus Achiuorū firmus fuit.
Sed postquam Troianorū mortui sunt quicunq; optimi;
Multi aut Argiuorū hi quidē interfecti sum, illi aut re-
Constructa ē aut Priami ciuitas decimo āno. (licti sum.
Argiui autem in nauibus dilectam in patriam iuerunt.
Iam tunc consularunt Neptunus & Apollo
Murum destruere, fluiorum uiolentia introducentes,
Quicunq; ab Ideis montibus in mare profluunt,
Rhesusq;, Heptaporusq;, Carethusq;, Rhodiusq;,
Gremicusq;, & Aesepus, diuinusq; Scamander,
Et Simois, ubi multa scuta & galeæ
Deciderunt in pulueribus, & semideorū genus uirorū.

Horum omnium simul hostia mutauit illustris Apollo,
 Nouē diebus autē ī murū misit fluctū. pluit & Iupiter
 Continue, ut citius in mari nauigantes muros faceret.
 Ipse autem Neptunus tenens manibus tridentem
 Præibat, & omnia fundamenta undis iccit
 Troncorum, quæ posuerunt laborantes Achiui.
 Plana autem fecerunt apud uadē fluentē Hellepontū,
 Retro autem littus magnum harena cooperuit
 Murum destruens; fluuiosq; uertit redire
 Iuxta fluxum, quō antea ibat pulchre fluens aqua.
 Sic debebant in futurum Neptunus & Apollo
 Facere. tunc autem circum pugna clamorq; circuibat
 Murū bñ ædificatū. resonabant autē tabulamēta turriū
 Percussa. Argiui autem Iouis flagello domiti
 Nauibus in concauis clausi detinebantur,
 Hæctora timentes fortem peritum timoris.
 Sed hic sicut prius pugnabat similis turbini.
 Sicut autem quando in canibus & uiris uenatoribus
 Caper uel leo uertitur fortitudine superbiens.
 Hi autem instar turris seipsos præparantes
 Obuijstant, & iaculantur frequentes
 Lanceas ex manibus. huius autem nunq̄ gloriosum cor
 Timet, neq; terretur. audacia autem ipsum interfecit.
 Frequenterq; uertitur turmas uirorum tentans;
 Quō uadit, illuc eunt turmæ uirorum.
 Sic Hæctor per tumultum iens uertebat socios
 Vallum incitans transcendere. neq; ipsi equi
 Audebant ueloces. ualde autē hinc ebant in extremo
 Labro instantes. longe enim terrebat fossa
 Lata, neq; super silire propè neq; transire

Facilis. præcipitia enim profunda circa omnem
 Stabant utrinque; desuper autem palis
 Acutis firmata est. hos posuerunt filij Achiuorum
 Densos & magnos inimicorum uirorum sustentaculū.
 Illuc non facile equus politum currum trahens
 Intrat. pedestres autem prompti sunt si perficiant.
 Iam tunc Polydamas audaci Hectori dixit astans.
 Hektorq; & alij Troianorum duces & sociorum.
 Stulte per uallum impellimus ueloces equos,
 Quod ualde molestum transire. pali enim in ipso
 Acuti stant. circa autem ipsos murus Achiuorum.
 Illuc non est descendere neq; pugnare
 Equitibus. angustum enim ubi uulnerari puto.
 Siquidem enim iam omnino mala cogitans destruit
 Iupiter altitonans; Troianis autem uult auxiliari;
 Certe ego uolo & statim hoc fieri
 Ignobiles destrui longe ab Argo hic Achiuos.
 Si autem uertentur, insecutio autem fiat
 Ex nauibus, & in uallo cadamus profundo.
 Non amplius postea puto neq; nuncium reuertī
 Retrogradum ad ciuitatem circuentibus ab Achiuis.
 Sed agite sicut ego dico, persuadeamur omnes,
 Equos quidem famulos teneant in uallo:
 Ipsi autem pedestres cum armis armati
 Hectorem omnes sequamur densi. sed Achiui
 Non sustinent; siquidem ipsis mortis termini uenerunt.
 Sic dixit Polydamas; placuit autē Hectori uerbū illæsum.
 Statim autem ex curribus cum armis saltauit in terrā.
 Neq; quidem alij Troiani in equis pendebant;
 Sed omnes descenderunt postq; uiderūt Hectora diuū.

Troiani
victores
castra gre-
corū in-
vadunt.

Aurigæ quidem postea suo præcepit unusquisq;
Equos bene secundum ornatum tenere illic in uallo.
Hi autem diuidentes se ipsos præparantes
In quinq; ordines ordinati simul ductores sequebatur.
Hi quidem cum Hectore ibant & eximio Polydamate,
Qui plurimi & optimi erant. præopti autem erant maxime
Murum rumpentes concavis in nauibus pugnare.
Et ipsos Cebriones tertius sequebatur. apud autem currus
Alium Cebrione peiorem reliquit Hector.
Aliorum autem Paris dux erat, & Alcahous & Agenor.
Tertiorum autem Helenus & Deiphobus diuinus;
Filij duo Priami. tertius autem erat Asius heros,
Asius Hyrtacides, quem ex Arisba portabant equi
Rubicundi magni fluuio Aseleente.
Quartorum autem dux erat bonus filius Anchisæ
Aeneas: cum hoc duo Antenoris filij
Archelochusq; Acamasq; pugnae bene scientes omnis.
Sarpedon autem dux erat inclitorum sociorum.
Accepit autem Glaucum & bellicosum Asteropæum:
Hi enim ei uidebantur egregie esse optimi
Aliorum post ipsum. hic autem splendebat & per oēs.
Hi autem postquam inter se coniuncti sunt factis pellibus
Iuerunt recta ad Danaos præopti: neq; amplius dicebant
Teneri, sed in nauibus nigris cadere.
Tunc alij Troiani longeq; uocati socij
Consilio Polydamantis immaculati obediuerunt.
Sed non Hyrtacides uoluit Asius præfectus uirorum
Illic relinquere equos & aurigam famulum.
Sed cum ipsis adiuit naues ueloces
Stultus: neq; debebat malam mortem fugiens

Asij te-
meritas.

Equis & curribus gaudens à nauibus,
 Retro redire ad Troiam altam.
 Ante enim ipsum parca mala amplexa est
 Lancea Idomenei illustris Deucalidæ.
 Iuit enim nauium in sinistrampartem, qua Achiui
 Ex campo ibant cum equis & curribus.
 Eà equosq; & currus immisit: neq; in portis
 Inuenit clausas tabulas & longam seram:
 Sed apertas habebant uiri, siquem socium
 Ex bello fugientem seruarent ad naues.
 Eà rectà glorians equos impulit. hi aut simul sequebant
 Acute resonantes. dicebant enim non amplius Achiuos
 Sustineri, sed in nauibus nigris cadere
 Stulti. in autem portis duos uiros inuenerunt optimos
 Filios magnanimos Lapitharum bellicosorum.
 Hunc quidem Perithoi filium fortem Polypetem,
 Illum autem Leonteum homicidæ similem Marti.
 Hi quidem ante portas altas
 Stabant: sicut quando quercus alta capitahabentes,
 Quæ uentum expectant dies omnes
 Radicibus magnis longe coniunctæ.
 Sic hi manibus freni & ui
 Expectabant adueniētem magnū Asium, neq; timebāt.
 Hi autem rectà ad murum bene ædificatum scuta arida
 In altum eleuantes ibant magno clamore
 Asium circa imperatorem, & Iamenum & Orestem,
 Asiademq; Acamanta, Thooneq; Oenomaumq;.
 Hi autem quousq; quidem fortes Græcos
 Excitabant intus existentes auxiliari causa nauium.
 Sed postquam murum irruentes intellexerunt

Troianos, Danaorum factus est clamorq; timorq;.

Hi autem ruentes portas ante pugnabant

Agrestibus porcis similes, qui in montibus

Virorum & canum expectant tumultum uenientem,

Obliquiq; ruentes circa ipsos frangunt syluam

Radicitus excidentes. ab autem sonitus dentium

Fit donec aliquis percutiens animam auferat.

Sic horum resonabat æs in pectoribus lucidus

Contra percussorum. ualde enim fortiter pugnabant.

Populis desuper fidentes & robori.

Hi autem lapidibus bene ædificatis à turribus

Iaciebant, sibiq; ipsis & tentorijs (humum,

Nauibusq; uelociterq; trãseütibus. niues aut sicut cadüt

Quas uentus ualde flans nebulas umbrosas mouens

Densas defudit in terra multapascente.

Sic horum ex manibus tela fluebant & Achiuorum

Ac & Troianorum. galeæ autem circü sicce resonabät

Percussæ lapidibus & scuta umbosa.

Iam tunc plorabatq; & suo percussus est humero

Asius Hyrtacides: & ægrefereus uerbum dixit.

Iupiter pater certe & tu amatormendacij factus es

Omnino ualde. non enim ego dicebam heroas Achiuos

Sustinere nostrum robur & manus intangibiles.

Hi autem sicut uestpæ in medio uariæ, & apes

Domos facientes uia in puluerulenta

Neq; relinquunt concuam domum: sed expectantes

Viros uenatores expellunt circa filios.

Sic hi neq; uolebant portis & duo existentes

Recedere ante uel interfici uel capi.

Compa/
ratio ni/
uis.

Sic dixit, neq; Iouis per suasit mentem hæc dicens.
 Hæctori enim ipsius animus uolebat gloriam præbere.
 Alij autem circa alias pugnam pugnabant portas.
 Difficile autem me hæc Deum tanquam omnia dicere:
 Vndiq; enim circa murum mouebatur diuinus ignis
 Lapideum. Argiui autem & dolentes necessitate
 Nauibus auxiliabantur: Dei autem dolebant animo
 Omnes quot Danaïis pugnae adiutores erant.
 Coniecerunt autem Lapithæ bellum & pugnam.
 Tunc rursus Peritohi filius fortis Polypetes
 Læcea percussit Damasum galea pæreas maxillashntē,
 Neq; ærea galea prohibuit: sed totaliter
 Cuspis ærea fregit os. cerebrum autem
 Intus omne dissipatum est. interfecit aut ipsam præoptū.
 Sed postea Pilonem & Ormenum interfecit.
 Filium autem Antimachi Leonteus ramus belli
 Hippomachum percussit lancea apud balteū assequēs.
 Retro autem ex uagina educens enses acutum,
 Antiphatem quidem primum irruēs per multitudinem
 Percussit cominus. hic aut supinus in terra firmatus ē.
 Sed postea Menonem & Iamenum & Orestem
 Omnes simul admonuit terræ multapascenti.
 Donec hos spoliabant arma splendida,
 Interim Polydamanta & Hæctora iuuenes sequebatur
 Qui plurimi & optimi erant. præopti erant aut maxime
 Murumq; rumpere, & comburere igne naues.
 Hi adhuc cogitabant instantes apud uallum.
 Axis enim ipsis uenit transire promptis
 Aquila alteuolans sinistrorsum populum impediens
 Cruentum draconem ferens unguibus magnum

Aquilæ
auguriū.

Vium adhuc palpitantem: & nondū oblitus ē pugnæ.
 Incidit enim ipsam tenentem in pectore. circa iugulum
 Reuolutus retro. hæc à se misit humum
 Dolens doloribus, media autem in die cit multitudinem.
 Ipsa autem resonans uolauit flatibus uenti.
 Troiani autem timuerunt postq̄ uiderunt uariū serpētē
 Iacentem in medijs Iouis monstrum Aegiochi.
 Iam tūc Polydamas audacē Hectorē allocutus est astās.
 Hector semper quidem me territas in concionibus

Polyda/
 mas He/
 ctori &
 Troianis

Bona dicentem: quomam neq̄ quidem neq̄ decet
 Ciuem existentem extra dicere, neq̄ in consilio,
 Neq̄ unquā in bello. tuam aut̄ fortitudinē semp̄ augere.
 Nūc autem rursus dicam, sicut mihi uident̄ esse optima,
 Non eamus Danais pugnaturi circa naues.
 Sic enim perfectum iri puto, si uere
 Troianis hæc auis uenit transire promptis
 Aquila alti uolans sinistrorsum populum impediens,
 Cruentum draconem portans unguibus magnum
 Vium, statim autem dimisit ante dilectas domos ire.
 Neq̄ perfecit portans dare filijs suis.
 Sic nos si etiam portus & murum Achiuorum
 Ruperimus robore magno, cedent & Achiui.
 Non ornatu à nauibus ibimus eisdem uijs.
 Multos enim Troianorum relinquemus, quos Achiui
 Aere uastabant expellentes à nauibus.
 Statim sedauit dolores: ab autem uulnere molesto
 Sanguinē nigrū abster sit. fortitudinē autē ei iniecit aīo.
 Glaucus autem cognouit suis in mentibus, lætatusq; est,
 Quod ei cito audiuit magnus Deus precantem.
 Primum quidem concitauit Lyciorum ductores uiros
 Undiq; iens cum Sarpedone propter pugnare.

Glaucus
uulnerat.

Sed postea ad Troianos longe uadens
 Polydamanta in Panthidem, & Agenora diuinum.
 Iuit & ad Aiaces, & Hectora ære armatum.
 Propè autem stans uerba uelocia allocutus est.
 Hector nunc iam omnino oblitus es auxiliatorum,
 Qui tui gratia longe ab amicis, & à patria terra
 Animum absument. tu autem non uis auxiliari.
 Iacet Sarpedon Lyciorum ductor scutorum,
 Qui Lyciam custodiuit iustitjs & fortitudine sua.
 Hunc sub Patroclo interfecit lancea æreus Mars.
 Sed amici adeste, accusamini autem animo,
 Ne arma auferant, inhonorent & mortuum
 Myrmidones Danaïs irati quot perierunt:
 Quos in nauibus uelocibus interfecimus lanceis.
 Sic dixit. Troianos autem in capite accepit dolor
 Intolerabilis, neq; supportabilis: qm̄ eis p̄sidiū ciuitatis
 Erat, & alienigena quāuis existens. multi. n. cū ipso
 Populi sequebant: inter aut ipse optimus erat pugnare.
 Ibant autem rectā Danaorū prompti. Dux aut erat ipsis
 Hector iratus Sarpedone, sed Achiuos
 Excitabat Menœciadæ Patrocli prudens cor.
 Aiaces primos allocutus est promptos & ipsos.
 Aiaces nunc uobis auxiliari dilectum sit,
 Quales antea eratis cum uiris, uel & meliores.
 Iacet uir qui primus prouit murum Achiuorum
 Sarpedon. sed si ipsum deturpabimus accipientes
 Armaq; humeris auferemus, & aliquem sociorum
 Ipsi auxiliantium interfecerimus sæuo ære.
 Sic dixit. hi autem & ipsi auxiliari prompti erant.
 Hi autem postq̄ utrinq; fortificauerunt phalanges

Troiani, & Lycij, & Myrmidones, & Achiui
 Concurrerunt circa mortuum interfectum pugnare
 Vehemēter clamātes. ualde autē sonuerunt arma uirorū.
 Iupiter autē noctem perniciosam extēdit in forti pugna,
 Ut dilectum circa filium pugnae punitiosus labor esset.
 Reiecerunt autē priores Troiani circūspectos Achiuos
 Percussus est. n. non in aliquo pessimus uir inter Myrmi
 Filius Agaclei magnanimi diuinus Epegeus, (dones
 Qui in Budeo bene habitata imperabat
 Antea. sed tunc bonum nepotem interficiens
 Ad Peleum iuit, & ad Thetim argenteos pedes habentē.
 Hi autem simul cum Achille forti miserunt sequi
 Ilium in pulchrose quos habens, ut Troianis pugnent.
 Hunc tunc tangentem mortuū percussit illustris Hector
 Saxo in capite, quod dupliciter totum diuisum est
 In galea forti. hic autem pronus in mortuum
 Decidit. circa autem ipsum mors fusa est pernitiosa.
 Patroclo autem dolor factus est interfecto socio.
 Iuit autem rectā per primos pugnatores accipitri similis
 Veloci, qui terruit Coliosq;, Pserasq;.
 Sic rectā in Lycios Patrocle equisuiam facienti
 Ruisi, & in Troianos. irata est autem anima socio,
 Et percussit Peneleum Ithemenei dilectum filium
 In ceruice saxo. rupit autem ab eo neruos.
 Cesserunt autē retro primi pugnatores, & illustris He-
 Quantus autem iaculi iactus extensi fit, (ctor.
 Quod uir emittit tentans uel in certamine
 Vel & in bello hostium animum scindentium.
 Tantum cesserunt Troiani. expellebant autem Achiui.
 Glaucus autem primus Lyciorum ductor scutatorum

Versus est. interfecit autem Vathylea magnanimum
 Chalconis dilectum filiū, qui in Græcia domos habitans
 Opibusq; diuitijsq; inter præstabat Myrmidones.
 Hunc quidem Glaucus pectore medio uulnerauit lanceā
 Versus repente, quando ipsum affecutus est insequens.
 Sonuit autem cadens. densus autē dolor accepit Achiuos.
 Sic cecidit bonus uir. ualde autem Troiani gauisi sunt.
 Steterunt autē circa ipsum euntes cōgregati. neq; Achiuū
 Fortitudinis oblitū sunt. robur at̄ rectā portabāt ipsoꝝ.
 Tūc rursus Meriones Troianorū interfecit uirū armatū
 Laogonum audacem filium Onetoris, qui Iouis sacerdos
 Idei factus erat. Deus autem tanq̄ honorabatur populo.
 Hunc percussit sub maxilla & aure. statim autē animus
 Discessit à membris. odiosa autē ipsum tenebra accepit.
 Aeneas autem in Merionem lanceam æream misit.
 Sperabat enim assequi sub scutum profedentem.
 Sed hic quidem contrauidens euitauit æream lanceam.
 Ante enim declinatus est. hanc autē à tergo lanceā longā
 Terram infixā est. ultima autem pars passā est
 Lanceæ. tunc autē postea amisit fortitudinē fortis Mars.
 Cuspis autem Aeneæ mota in terram
 Iuit, quoniam uana forti à manu ruit.

Aeneas autem animo iratus locutusq; est.

Merione cito te & saltatorem quamuis existentem
 Lācea mea compescuissct imperpetuū, si te percussissem.
 Hūc at̄ rursus Meriones lācea inclutus cōtra locutus est.
 Aenea arduum te & fortem quamuis existentem
 Omnium hominum extinguere robur quicunq; te cōtra
 Venerit repugnans: mortalis autem & tu factus es.
 Si & ego te percutiam nāciscens medium acuto ære.

Statim autē & fortis quāuis existens, & manibus fidens,
 Gloriam mihi dabis, animā autē Plutoni fumoso ineq̄is.
 Sic dixit. hunc autē castigauit Menœty fortissimus filius
 Meriones cur tu hæc & bonus existens dicis?
 O amice, non Troiani uituperabilibus uerbis
 A cadauere submouebuntur, ante aliquē terra detinebit:
 IN enim manibus finis belli, Verborum autē in consilio:
 Ideo nō oportet uerbū augere, sed pugnare. (uinus uir
 Sic dicens hic quidē præcessit. ille autē simul secutus est di-
 Horū at̄ tāquā lignorū incisorū uirorū tumultus mouet
 Montis in concauitatibus. longe autē facta est auditio.
 Sic horum mouebatur sonitus à terra latasuias habente
 Aerisq̄; scutiq̄; scutorumq̄; benefactorum,
 Ferientium ensibusq̄; & lanceis utrinq̄ incidentibus.
 Neq̄ adhuc solers quamuis uir Sarpedona diuinum
 Cognoscebat; quoniam telis & sanguine & pulueribus
 A uertice uolutus erat totaliter ad pedes extremos.
 Hi autē semper circa mortuū uersabant, sicut quā muscæ
 Mandria in resonant lacteas in mulctras,
 Tempore in uerno, quando lac uasa madefacit.
 Sic hi circa mortuum uersabantur. nunquā autē Iupiter
 Fletebat à forti pugna oculos splendidos,
 Sed in ipsos semper aspiciebat, & considerabat animo.
 Multa ualde de cæde Patrocli cogitans,
 Num iam illum in forti pugna
 Illic supra diuinum Sarpedona illustris Hector
 Aere interficiat, absq̄ humeris arma ferat.
 An adhuc pluribus auget iam dolorem grauem.
 Sic autem ei cogitanti uisum est melius esse,
 Ut bonus famulus Pelidæ Achillis.

Molimē
 tū plū in
 manibus
 consilij ac
 in uerbis.

Compa
 ratio mu
 scarum.

Patroclus
 ubi inter
 ci uelit, se
 cum deli
 berat Iu
 piter.

Iterum Troianosq; & Hec̄torā bellicosum
 Repelleret ad ciuitatem, multorū autē animū auferret.
 Hec̄tori autem in primis timidum animum iniecit.
 In currū at̄ cōscēdēs ad fugā cōuersus est. iussit at̄ alios
 Troianos fugere. cognouit enim Iouis sacras uilances.
 Tunc neq; fortissimi Lycij manserunt, sed fugerunt
 Omnes postq̄ Regem uiderunt percussū corde,
 Iacentem in mortuorū congregatione. multi. n. sup̄ ip̄so
 Deciderunt, qñ contentionē fortem extendit Saturnus.
 Hi autem ab humeris Sarpedonis arma auferebant
 Aerea splendentia: quæ quidem concauas in naues
 Dedit portare socijs Menœcij fortis filius.
 Et tunc Apollinē allocutus est nebularum congregator.
 Eia age nunc dilectē Phœbe nigro sanguine purga
 Iens ex uulneribus Sarpedona, & ipsum postea
 Valde longe ante ferens laua fluminis fluxibus:
 Inungitoq; ambrosia, circaq; immortales uestes induito:
 Mitte autem ipsum comitibus cum uelocibus ferre
 Somno, & morte gemellis, qui ipsum cito
 Ponant Lyciæ latæ in pingui populo.
 Illic ipsum sepelient fratresq; cœuiq;,
 Sepulchroq; tituloq; .hic enim honor est mortuorum.
 Sic dixit. neq; patri non obediuit Apollo.

Iuit autem ab Ideis montibus in pugnam grauem.

Statim autem è telis Sarpedonem generosum tollens

Multum proferens lauit fluminis fluxibus.

Vnixit autē ambrosia: circū autē immortales uestes induit.

Misit autem ipsum comitibus cum celeribus portare

Somno & morte gemellis, qui ipsum statim

Deposuerunt in Lyciæ latæ pingui populo.

Patroclus

Sarpedo /
 nis cada /
 uer fertur
 in Lyciā.

Patroclus autem equitibus, & Automedonti iubens,
Troianos & Lycios insequatur. & ualde læsus est
Stultus. si autem uerbum Pelidæ seruasset,

Certe subterfugisset Parcam malam nigræ mortis,

SED jemperq; Iouis potentior mens quàm uirorum.

Quiq; fortem uirum terret, & abstulit uictoriam

Facile, quando ipse iubeat pugnare,

Qui ei & tunc animum in pectoribus immisit.

Vbi quem primum, quem & postremum interfecisti

Patrocle, quando te Dei ad mortem uocauerunt.

Adrastum quidem primum, & Autonoum, & Echeclū,

Et Perimum Megudem, & Epistora, & Menalippum;

Et postea Elasum, & Mulium, & Pilartem.

Hos iterfecit. hic at alij ad fugā recordabant unusq; q.

Tunc altus portashñtē Troiā accepiſſent filij Achiuorū

Patrocli sub manibus, ualde ante enim lancea ruebat.

Nisi Apollo Phæbus bene ædificatu in turri

Stetisset, huic pernitiōsa cogitans, Troianis at auxiliās.

Ter quidem in cubito iuit muri alti

Patroclus, ter autem ipsum expulit Apollo

Manibus immortalibus lucidum scutum feriens.

Sed quando iam quarto irruit Deo similis,

Grauiſſe minans allocutus est longeiaciens Apollo.

Recede generose Patrocle. non tibi fatum

Tua sub lancea ciuitatem destruere Troianorū ſupborū:

Neq; ab Achille, qui te multo melior.

Sic dixit. Patroclus autem ceſſit longe retro

Indignationem deuotans longeiaculantis Apollinis.

Hector at in ſcæa porta tenebat unicum ungulamhñtes

Dubitabat. n. an pugnaret i turma itex ipellēs, (equos.

Home. Ilias.

aa

Patroclus
neglecto
mandato
Achillis.
Troianes
ad urbes
persequi
tur.

Patroclus
Troia ce
piſſet niſi
obſtiſſet
Apollo.

An populos in murum simuluoar et fugere.

Hæc ei cogitanti astitit illustris Apollo,

Viro similis iuueniq; fortiq;

Astus He
cubæ fra
ctus.

Astus, qui auunculus erat Hectoris equitatoris

Frater Hecubæ: filius autem Dymantis:

Qui Phrygiam habitabat fluxibus in Sangarij.

Huic ipsum similis allocutus est illustris Apollo.

Hector cur pugna à cessas, neq; te oportet.

Vtinam quanto minor sum, tanto te potentior essem.

Ideo forte odiose à bello recederes.

Sed age Patroclo impelle fortes ungulas habètes equos:

Si aliquo modo ipsum interficias. det autè tibi gloriam

Sic dicēs hic qdè rursus iuit Deus ï laborè uiroꝝ (Apollo

Cebrio
nes frater
& auriga
Hectoris.

Cebrioni autem iussit prudenti illustris Hector

Equos ad bellum flagellare. sed Apollo

Ingressus est multitudinem iens. in at tumultū Argiuis

Misit miserū: Troianis autè & Hectori gloriā præbuit.

Hector autè alios quidè Danaos omisit, neq; iterficiebat.

Sed hic Patroclo impellebat fortes ungulas hñtes equos.

Patroclus at ex altera parte ab equis saltauit in terram,

Sinistra habens lanceam; altera autem accepit petram

Marmor asperum, quam ei manus cooperuit.

Misit autem firmatus, neq; diu recessit à uiro:

Neq; uanum fecit telum. percussit at Hectoris aurigam

Cebriorem nothum filium gloriosi Priami

Equorum habenas tenentem in fronte acuta petra.

Ambo autè super alia confregit lapis, neq; ei impediuit

Os, oculi autem in terram ceciderunt in pulueribus

Cebriore
Patroclus
occidit.

Ipsius ante pedes. hic autem natatori similis

Decidit à bene factò curru. reliquit autem ossa animus.

Hunc autem conuiciās allocutus ē Patroclus equitator.
 Pape, certe ualde agilis uir, quia facile saltat;
 Sicubi & ponto in pisculento esset,
 Multo ~~sciret~~ uir hic ostrea inquirens
 Naue à saltans, si & tempestas esset;
 Quia nunc in campo ex equis facile saltat.
 Certe & in Troianis saltatores sum.

Sic dicens in Cebrionem heroem iuit,
 Impetum leonis habens qui stabula scindens
 Percussus est ad pectus; suaq; ipsum perdidit fortitudo.
 Sic in Cebrionem Patrocle saltasti promptus.
 Hector at rursus exalterapte ab equis saltauit humū.
 Hi circa Cebrionem, leones sicut, contendebant,
 Sicut in montis summitatibus circa interremptā ceruā,
 Ambo exurientes ualde cogitantes pugnant.
 Sic circa Cebrionem duo periti belli
 Patroclusq; Menœtiades & illustris Hector,
 Desyderabant inter se incidere corpus duro ferro
 Hector quidem ex capite postq̄ accepit nō dimisit
 Patroclus autem exalterapte tenebat pede. alij autem
 Troiani & Danaï congregarunt fortem pugnam.
 Sicut autem Eurūsq; Notusq; contendunt inter se
 Montis in radicibus profundam inflectere syluam,
 Fagumq; , fraxinumq; , magnumq; , corticemhntem cornū
 Quæq; inter se iecerunt extensos ramos
 Sono magno. sonus autem fractarum.
 Sic Troiani & Achiui inter se saltantes
 Bellabant. neq; alteri recordabantur pernitiosæ fugæ.
 Multa autem Cebrionem circa acuta tela fixa sum,
 Sagittæq; uolatiles à neruis saltantes.

Compa-
ratio leo-
nis.

Compa-
ratio ven-
torum.

Multa & saxa magna clypeos quatiebant
 Pugnantium circa ipsum. hic at in conuersione pulueris
 Iacebat magnus maxime oblitus equitatum,
 Quamdiu quidem sol medium caelum circuibat
 Tandiu ualde utrorumque tela tangebantur. caedebat at po
 Quando autem sol transiuit ad uesperam (pulus.
 Et tunc iam supra modum Achiui potetiores erant.
 Ex quidem Cebrionem telis heroem traxerunt
 Troianorum ex acclamatione, & ab humeris arma acce
 Patroclus aut Troianis mala cogitans irruit. (perunt.
 Ter quidem postea irruit ueloci similis Marti
 Terribiliter uociferans. ter autem nouem uiros interfecit.
 Sed quando iam quarto irruit daemoni similis,
 Tunc tibi Patrocle apparebat uitae finis.
 Ocurrit enim tibi Phœbus in forti pugna
 Terribilis, hic quidem hunc eunte in pugnam non cognouit.
 Caligine enim multa coopertus obuiauit.
 Stetit autem a tergo. percussit & dorsum latosque humeros
 Manu obliqua conuertit. conuersi sunt ei oculi.
 Huius at a quidem capite galeam discussit illustris Apollo.
 Haec autem uoluta crepitu fecit pedibus sub equorum
 Galea triumcristarum. foedatae sunt comae
 Sanguine & pulueribus. antea quidem non fas erat
 Equinarum comarum galeam foedari pulueribus.
 Sed uiri diuini caput gratiosumque fortem
 Custodiebat Achillis. tunc autem Iupiter Hectori dedit
 Suo capite portare. depropere autem ei erat mors.
 Tota autem ei in manibus fracta est longa lancea
 Grauis, magna, crassa, ferrata; sed ab humeris
 Scutum cum loro humum cecidit usque ad pedes.

Soluit at ei thoracē rex Iouis filius Apollo. (membra.
 Hūc at nocumētū mētibus accepit. soluta sūt at illustria
 Stetit autē stupefactus. à tergo aut dorsum acuta lācea
 Humerorum in medio communis confixit Dardanus uir
 Panthædes Euphorbus, qui cœtuneos ornabat
 Iaculoq; equitatuq; pedibusq; uelocibus.
 Etenim iam aliquādo uiros uiginti deturbauit ab equis,
 Primo iens cum curribus doctus belli,
 Qui tibi primus immisit telum Patrocle equitator.
 Neq; iterfecit. hic qdē iterū retro cucurrit. missus ē et ī
 E corpore rapiēslācēā fraxineā. neq; expectauit (turma
 Patroclum nudum quāuis existentem in pugna.
 Patroclus autem Dei plaga & lancea domitus
 Retro sociorum in multitudinem cessit mortem fugiens.
 Hector autē postq; uidit Patroclum magnanimum
 Retro cedentem percussus acuta lancea,
 Depropē ei uenit ad ceteruas. uulnerauit autem lancea
 Extremum in latus, totaliter autem lanceam traiecit:
 Sonuit autē cadēs. ualde autem tristitia affecit populum
 Sicut qñ aprū fortē leo uiolauit pugna: (Achiuorum.
 Hiq; montis summitatibus ualde cogitantes pugnant
 Fontem circa paruum. uolunt autem bibere ambo.
 Multum aut anhelantem leo domuit fortitudine.
 Sic multorum interfectorem Menœtij fortem filium
 Hector Priamides propē lancea animo abstulit.
 Et ei glorians uerba uelocia dixit.
 Patrocle certe dicebas ciuitatem euertere meam,
 Troianas & mulieres libero die auferens
 Ducere in nauibus dilectam in patriam terram.
 Stulte, has autem ante Hectoris ueloces equi

Euphor//
 bus Pa//
 troclum
 vulnerat.

Hector
 Patroclū
 faucium
 occidit.

Hectoris
 ad Patro
 clum hu
 mi stractū
 uerba.

Pedibus ruunt pugnare. lancea autem ipse
 Troianis bellicosus antecello: qui ipsis expello
 Diem necessarium. te autem hic uultures comedent
 O miser: neque tibi bonus existens auxiliatus est Achilles,
 Qui tibi ualde multum promptus iussit proficiscenti.
 Non mihi ante uenias Patrocle bellicose
 Naues in concavas, quam Hectoris homicidæ
 Sanguinolentam uestem circa pectora scindere.
 Sic tibi locutus est. tibi autem mentes dementi persuasit.
 Hunc autem parumpotes allocutus es Patrocle equitator.
 Iam nunc Hector ualde gloriaris. tibi enim dedit
 Victoriæ Saturnides, & Apollo qui me interfecerunt
 Facile. ipsi enim ab humeris arma detraxerunt.
 Tales autem si mihi uiginti occurrissent,
 Omnes illic perisset mea sub lancea interfecti.
 Sed me Parca permissosa & Latonæ interfecit filius.
 Virorum autem Euphorbus. tu autem me tertius interfecisti.
 Aliud autem tibi dico. tu & in mentibus iace tuis.
 Non diu neque ipse multum uiues. sed tibi iam
 Propè adest mors, & Parca potens
 Manibus interfectum Achillis inuicti Aeacidæ.

Sic ipsum dicentem finis mortis cooperuit.

Anima autem à membris uolans ad infernum iuit
 Suam mortem lugens, liquens uiriditatem & pubertatem.
 Hunc & mortuum allocutus est illustris Hector.
 Patrocle cur mihi uaticinaris grauem mortem?
 Quis autem scit si Achilles Thetidis filius pulchræ
 Interficietur mea sub lancea uerberatus animam perdere?
 Sic dicens lanceam æream ex uulnere
 Traxit calce ante iens. hunc autem supinum expulit à lancea.

Patrocli
 strati ad
 Hectores
 verba.

Hector
 Patroclum
 mortuum
 alloquitur.

*Statim autem cum lancea in Automedonta iuit,
Diuinum aurigam uelocis Aeacidae.
Cupiebat. n. interficere. hunc at abstulerat ueloces equi
Immortales, quos Peleo Dei dederat splendida dona.*

ARGUMENTVM. P. HO-
MERI COMPOSI-
TIONIS.

DE Patrocli corpore fortis constituitur pugna, in qua & Euphorbus iterficitur a Menelao. Hector autem Achillis induitur armatura, & contrastat Graecis. Qui autem circa Menelaum, Antilochum mittunt ad Achillem, Patrocli mortem annunciantem. Subin-
gredientes autem & eleuantes corpus humeris portat. Eleuantes autem praepugnant & prohibent hostes.

ILIADIS.
ILIADIS. P. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Rho, Danaï Troianiq; super mortuum circū pugnabant.



Eq̄ latuit Atrei filium fortem Me-
nelaum,

Patroclus Troianis interfectus in
pugna.

Iuit autem per primos pugnatōres
fulgenti ære.

Circa autem ipsum iuit sicut aliqua pro uitula mater
Primoenixa querula non prius sciens partus.

Sic pro Patroclo iuit flauus Menelaus.

Ante autem se læcæq; tenebat, & scutū undiq; æquale
Hunc interficere paratus quicumq; ei obuius ueniret.

Neq; Panthi filius strenuus neglexit

Patroclum cadentem egregium. propè autem ipsum
Stabat, & allocutus est bellicosum Menelaum.

Atride Menelaë generose princeps populorum

Recede. relinque & mortuū. dimitte & spolia cruēta.

Non enim aliquis prior Troianorū fortiūq; auxiliatorū
Patroclum uulnerauit lancea in forti pugna.

Ideo me sine gloriam bonam in Troianis accipere:

Ne te percutiam, neq; dulcem animum auferam.

Hunc autem ualde iratus allocutus est flauus Menelaus.

Iupiter pater non quidem bonum, superbe gloriari.

Neq; igitur par di tanta uis, neq; leonis,

Neq; apri non castrati pernitiosi, cuius maximus

Animus in pectoribus propter robur superbi,

Quantum Panthi filij benehastati gloriantur.

Menelaus
pro mor-
te Patro-
cli.

Neque quidem neque uis potentis Hippodamij
 Sua iuuetute adiuta est, quoniam improperauit, et me expecta
 Et me dicebat inter Danaos ignauum bellatorem (uit,
 Esse: neque ipsum dico pedibus suis euntem
 Lætificare uxoremque; dilectam, amantissimosque; liberos.
 Sic et tuam ego soluam fortitudinem, si me contra
 Stabis. sed te ego recedentem iubeo
 In multitudinem ire: neque contrarius statuaris mihi
 Ante aliquod malum pati: factum autem demens cognoui.
 Sic dixit. hunc autem non persuasit. respondens autem allocutus est.
 Nunc quidem iam Menelaë generose certe ualde
 Visceris fratrem meum, quem interfecisti. iactabundus autem dixit
 Viduasti autem mulierem secessu thalami noui. (cebas.
 Incessabilem autem filijs luctum, et dolorem posuisti.
 Certe ipsis miseris luctus fiam
 Si ego caputque; tuum et arma ferens
 Pantho in manibus iaciam et Phontidi diuinæ.
 Sed non quidem adhuc diu sine experientia dolor erit;
 Neque sine pugna, neque fortitudine, neque timore.
 Sic dicens, percussit scutum undique rotundum:
 Neque rupit æs: incuruata est autem eius cuspis
 Scuto in forti. hic autem secundus motus est
 Atrides Menelaus, supplicans Ioui patri.
 Retro autem recens et omachi ima
 Percussit, ipse autem firmatus est forti manu fretus.
 Contra autem teneram per ceruicem uenit cuspis:
 Sonuit autem cadens: sonuerunt et arma super ipso.
 Sanguine eius madefactæ sunt comæ gratijs similes,
 Capilli que; qui auroque, et argento stricti erant.
 Qualiter autem nutrit ramum uir uirescentem oliuæ

Euphor/
 bum Me/
 nelaus oc/
 cidit.

ILIADIS

Loco in ouium uersantium ubi satis scaturit aqua
 Limpida longe fulgens, quamq; flatus mouent
 Omnium uentorum, & emanat flore albo.
 Veniens autem repente uentus cum turbine multo
 Fundamento ex uertitur, & extenditur in terra.
 Taliter Panthi filium bellicosum Euphorbum
 Atrides Menelaus postq̄ interfecit arma spoliabat.
 Sicut at̄ qñ aliquis leo mōtibus nutritus fortitudini cōfisi
 Pascens armenti bouem rapuit, quæ optima. (sus
 Huius autem ceruicem fregit capiens fortibus dentibus
 Primum: postea autem sanguinē & uiscera omnia sorbet
 Lanians. circum autem hunc canesq; uiri pastores
 Multum ualde clamant à longe. neq; uolunt
 Contra ire. ualde enim nouus timor accepit.
 Sic horum nulli animus in pectoribus audebat
 Contra ire Menelaum gloriosum.
 Tunc facile tulisset arma Panthidæ
 Atrides: nisi inuidisset clarus Apollo:
 Qui ei Hectorem contra mouit ueloci similem Marti,
 Viro similis Ciconorum ductori Mentæ.
 Et ipsum clamans uerba uelocia allocutus est.
 Hektor nunc tu quidem sic curris, incessanter impellens
 Equos Aeacidæ bellicosi, qui difficiles captus
 Viris mortalibus domari, & aurigari
 Alio quàm Achille, quem immortalis peperit mater.
 Interim autem Menelaus bellicosus Atrei filius
 Patroclum circa iens Troianorum optimum interfecit
 Panthidē Euphorbū. cessare fecit aut̄ ab impetuoso bello.
 Sic dicens. hic quidem rursus iuit Deus in laborē uirorū.
 Hectorem aut̄ grauis dolor cepit memes circa nigras.

Circunspexit autem postea. statim autem cognouit
 Hunc quidem auferentē inclyta arma : hunc autē in terra
 Iacemem. fluebat autem sanguis in percusso uulnere .
 Iuit autem per primos pugnatōres armatus splēdētī aere
 Acute proclamans flammæ similis Vulcani
 Inextinguibili. neq; filium latuit Atrei acute uociferans.
 Iratus autem dixit ad suum egregium animum.
 Hei ego si relinquo arma pulchra
 Patroclumq; qui iacet mei gratia hic honoris.
 Nequis me Danaorum quicumq; uidet,
 Si Hectori solus existens, & Troianis pugno
 Verecundans, ne me circumueniant unum multi .
 Troianos autem omnes huc ducit bellicosus Hector.
 Sed cur mihi hæc dilecta loquitur anima ?
 „ Quando uir uult cum diuino uiro pugnare,
 „ Quem Deus honorat: cito ei magnū nocumentū uoluit .
 Ideo nemo Danaorum arguet, qui uiderit
 Hectori cedentem, quoniam à Deo pugnat.
 Si autem Aiacis uocem fortis audiuerō
 Ambo rursus euntes recordabimur pugne .
 Et contra Deum siquo modo trahemus mortuum
 Pelidæ Achilli. malis & melius esset.
 Dum hæc moueret in mente, & in animo ,
 Interim Troianorū turmæ uenerūt: præibat autē Hector .
 Sed hic retrocessit, reliquit autem mortuum
 Retrouersus. sicutq; leo generosus
 Quem canesq; & uiri longe à stabulo expellunt
 Hastis & clamore: huius autē in mētibus fortissimus aīus
 Tristatur: inuitus autem it à media mandria .
 Sic à Patroclo ibat flauus Menelaus.

Stabat autē conuersus postq̄ ibat in multitudinē sociorū
 Circumspiciens Aiacem magnum Telamonium filium,
 Hunc autem ualde statim intellexit pugna in sinistra or
 Hortantemq̄; socios, & concitantem pugnare: (mū
 Magnam enim eis formidinem inecit lucidus Apollo.
 Perrexit autem currere. statim autē astans uerbū dixit.
 Ajax age amice circa Patroclum mortuum
 Festinemus; si mortuum Achilli feramus
 Nudum. sed arma habet galeam pulchram habens.
 Sic dixit. Aiaci autem prudenti animum mouit.
 Iuit at̄ p̄ primos pugnatores simul & flauus Menelaus.
 Hector quidem Patroclū postq̄ in inclyta arma abstulit,
 Trahebat ut ab humeris caput incideret acuto ære,
 Et mortuum Troianis trahens canibus daret.
 Ajax autem propē uenit portans scutum uelut turrini.
 Hector autem retro in multitudinem iens cessit sociorū.
 In currum autem ascendit. dedit autē hic arma pulchra
 Troianis ferret ad ciuitatem. magnam galeam esse ipsi.
 Ajax aut̄ circum Menœciadem scutū latum cooperiens
 Stetit, sicut aliquis leo circa suos filios,
 Cui filios duce mi obuiarunt in sylua
 Viri uenatores. hic autem fortitudine superbiens
 Totum supercilium subtrahit oculos tegens.
 Sic Ajax pro Patroclo heroē iuit.
 Atrides autem ex altera parte bellicosus Menelaus
 Stabat magnum dolorem in pectoribus augens.
 Glaucus autem Hippolochi filius Lyciorum ductor
 Hectora torue uidens graui locutus est uerbo.
 Hector specie optime, pugne ualde indigens
 Certe uane gloria bona tenet fugitiuum existentem.

Consydera nunc quomodo ciuitatem & urbem seruabis
Solutus cum populis, qui Troiae geniti sunt.

Non enim aliquis Lyciorum pugnaturus Danais

Ibit pro urbe, quoniam non aliqua gratia esset

Pugnare inimicis cum uiris assidue semper:

Quomodo tu inferiorem uirum saluabis in pugna,

Timide: quoniam Sarpedona simul aduenam & socium.

Reliquisti Argiuis tractum, & laniamentum fieri,

Qui tibi multum utilis fuit urbiq; & ipsi

Saluus existens. nunc autem non ei expellere canes tolerasti.

Ideo nunc si quis mihi Lyciorum crederet uirorum

Domum ire: Troiae autem appareret grauis pernitias.

Si enim nunc Troianis robur multum audax inesset

Intrepidum quale uiros ingreditur qui pro patria

Viris inimicis laborem, & pugnam ponunt,

Statim Patroclum traheremus Ilium intra.

Si autem hic ad ciuitatem magnam Priami Regis

Iret mortuus, & ipsum traheremus a pugna.

Statim Argiui Sarpedonis arma pulchra

Redderent, & ipsum duceremus Ilium intra.

Talis enim famulus interfectus est uiri qui ualde optimus

Argiuorum apud naues, & bellicosi famuli.

Sed tu Aiacem magnanimum non tolerasti

Stare contra oculos uidens inimicorum in pugna,

Neque recta pugnare, quoniam te melior est.

Hunc autem torue uidens allocutus est bellicosus Hector.

Glauce cur autem tu talis existens superbe locutus es.

O amice certe arbitror te supra mentes esse aliorum

Quicumque Lyciam fecundam habitant.

Nunc autem tui conqueror omnino metes, quale dixisti?

Qui me dicis Aiacem magnum non expectasse.
 Non ego timui certamen, neq̄ strepitum equorum.
 Sed semper Iouis potentior mens Aegiochi:
 Qui & fortem uirum terret, & aufert uictoriam
 Facile. aliquando autem ipse compellit pugnare.
 Sed age hic amice apud me sta, & uide opus
 An toto die malus ero, ut dicis.

An aliquē et Danaorū fortitudine ualde quāuis prōpt̄
 Impediā expellere circa Patroclum mortuum.
 Sic dicens, Troianis hortabatur longe clamans.
 Troiani, & Lycij, & Dardani bellicosī
 Viri estote dilecti. recordamini autem bellicę uirtutis,
 Vt ego Achillis fortissimi arma induam

Achillis
 arma ca/
 piunt ab
 Hectore.

Pulchra, quę Patrocli uim expoliaui interficiens.
 Sic clamans abiit gloriosus Hector,

Sanguineo ex bello: ruens autem inuenit socios
 Cito ualde nondum longe pedibus uelocibus sequens.

Hi ad ciuitatem portabant gloriosa arma Pelidę.

Stans autem longe à pugna tristi arma mutauit.

Certe hic quidem sua dedit portare ad Ilium sacrum
 Troianis bellicosīs. hic autem immortalia arma induit
 Pelidę Achillis: quę ei Dei cęlestes

Patri dilecto tradiderant. hic autem suo filio dederat
 Donum. sed non filius in armis patris consenuit.

Hunc autem postq̄ igitur procul uidit nubifer Iupiter
 Armis Pelidę armat. im diuini,
 Mouens caput ad suum locutus est animum.

Iupiter se
 cum de
 morte
 Hectoris.

Ō miser, neq̄ tibi mors in animo est,

Quę iam propē est. tu autem immortalia arma induis
 Viri fortissimi: quem tremunt & alij,

Cuius socium interfecisti benignumq; fortemq; .

Arma autem non secundū decens à capiteq; & humeris

Accepisti. uerum tibi nunc magnam potētiam præbebo

Horum præmium quod non pugna ex redeunti

Suscipiet Andromache inclyta arma Pelidæ.

Dixit, & cæruleis super cilijs annuit Saturnides .

Hectori aut aptauit arma in corpore. induit aut ipsum

Terribilis inuictus. impleuit at eius mēbra intus (Mars

Fortitudine & robore. ad autem inclytos auxiliarios

Iuit ualde clamans. uidebatur autem ipsis omnibus

Armis splendidus magnanimi Pelidæ .

Hortatus est autem unumquemq; iens uerbis .

Mesthemq; , Glaucumq; , Medontaq; , Therfilochumq; ,

Atreopeumq; , Desinoraq; , Hippothoumq; ,

Phorcimq; , Chromiumq; , & Ennomum uatem .

Hos hic hortatus uerba uelocia allocutus est.

Audite innumerę gentes uicinorum auxiliatorum,

Non enim ego multitudines querens, neq; indigens

Huc à uestris ciuitatibus congregaui singulum :

Sed ut mihi Troianorum uxores & paruos filios

Prompte liberetis bellicosos ab Achiuis .

Hæc cogitans donis cogam & conuiuio

Populos. uestrum autem uniuscuiusq; animum excitabo.

Ideo aliquis nunc rectà uulneratus uel peribit

Vel saluabitur. hæc enim belli uirtus.

Qui autem Patroclum , & mortuum tamen

Troianos in bellicosos trahet. cedit autem ei Ajax.

Medium huic spoliolum diuidam. dimidium aut ipse

Habebo ego. hæc autem ei gloria erit quanta mihi.

Sic dixit. hi autē rectà in Danaos impetū faciētes iuerunt,

Patrocli
mortui
corpus a
Grecis de-
fenditur,
a Hector
co potiat.

Lanceas eleuantes. ualde autem ipsis sperabat animus
Mortuum ab Aiace trahere Telamonio.
Stulti certe multis in ipso animum abstulit,
Et tunc Ajax allocutus est uocem bonum Menelaum.
O amice o Menelae generose non amplius nobis
Spero ipsi redire ex bello.
Non tantum mortuo de timeo Patroclo,
Qui forte Troianorum saturabit canes, & aues,
Quantum meo capite de timeo, nequid patiatur,
Et tuos: quoniam belli nebula omnia cooperuit
Hector. nobis rursus apparet grauis pernities.
Sed age optimos Danaorum uoca, siquis audiuerit.
Sic dixit. neq; non persuasus est uocem bonus Menelaus.
Clamauit autem ualde Danaus iens.
O dilecti Argiuorum ductores & principes
Quiq; apud Atridas Agamemnona & Menelaum
Publica bibunt, & imperant unusquisq;
Populis. ex autem Ioue honor & gloria procedit.
Difficile autem mihi est speculari unumquemq;
Ductorum. tanta enim contentio belli apparet.
Sed aliquis ipse eat. acru setur autem in animo
Patroclum Troianis canibus ludos fieri.
Sic dixit. continuo audiuit Oileus uelox Ajax.
Primus autem contrarius uenit ruens in pugnam.
Hunc autem post Idomeneus & auriga Idomenei
Meriones similis Marti homicidæ.
Aliorum autem qui suis mentibus nomina diceret
Quotquot iam postea pugna cōgregauerunt Achiuorū.
Troiani aut prius uerberarunt congregati. Dux aut erat
Sicut aut qm̄ in ostijs a Ioue fluentis fluij (Hector?

Sonat ualde unda ad fluxum. circa autem ultima
 Littora resonant eructans mare extra.
 Tantus Troianorum clamor erat. sed Achiui
 Stabant circa Menœtiadem unum animum habentes
 Sepientes scutis æreis. circa autem ipsi
 Splendidas galeas Saturnius caliginem multam
 Fundebat: quoniam neq; Menœtiadem oderat antea,
 Donec uiuus existens famulus fuit Aeacidae.
 Oderat autem ipsum inimicor; canibus adeptionē fieri
 Troianis ideo, & eius auxiliari incitauit socios. (uos.
 Expulerūt at priores Troiani nigros oculos hñtes Achi
 Mortuū autem relinquētes fugerunt. neq; aliquē ipsor;
 Troiani magnanimi interfecerūt lanceis cupiētes quāuis:
 Sed mortuum trahebāt. paululum at & ab hoc Achiui
 Futuri erant abesse, ualde enim ipsos cito uertit
 Ajax: qui circa quidem speciem, circa autem opera erat
 Aliorum Danaorum post eximium Pelidem.
 Ruit at p; primos pugnatōres porco similis fortitudine
 Apro, qui in montibus canes tenerosq; iuuenes
 Facile spar sit uertens per concauitates.
 Sic filius Telamonis clari illustris Ajax
 Facile inter iens Troianorum spar sit phalanges,
 Qui circa Patroclum iuerant. cogitabant aut maxime
 Ciuitatem ad suam trahere, & gloriam capere.
 Certe hunc Lethi Pelasgi illustris filius
 Hippothous pede trahebat in forti pugna,
 Ligans loro apud talum circa neruos,
 Hectori & Troianis gratificaturus. cito autem ipsi
 Venit malum, quod ei nullus prohibuit cupienti quāuis.
 Hunc autem filius Telamonis ruens per multitudinem,

Percussit ipse propè galeam per æream.
 Scissa est at equinas fetashns galea circa lanceæ cuspide
 Percussa lancea magna & manu forti.
 Cerebrum autem apud ferrubastæ cucurrit ex uulnere
 Sanguinolentū. huius at rursus solutū est robur. ex aut
 Patrocli pede magnanimi misit humum (mambus
 Iacere. hic aut propè ipsum cecidit pronus sup mortuū
 Longe à Larissa fertili: neq̄ parentibus
 Nutrimta dilectis reddidit. parui temporis at ei ætū
 Fuit ab Aiace magnanimo lancea interfecto.
 Hector aut rursus Aiaci iaculatus est lancea splēdida.
 Sed hic quidem contra uidens euitauit æream lanceam
 Paululum. hic autē Schediū magnanimū Iphithi filium
 Phœcorum eximie optimum, qui in inclyta Panopea
 Domos habitauit multis uiris imperans.
 Hunc percussit sub iūcturā mediam. totaliter at ultima
 Cuspis ærea apud ultimum humerum transiuit.
 Sonuit autem cadens: resonauerunt autem arma sup ipso.
 Ajax autem rursus Phorcyna prudentē Phænopis filiū
 Hippothoi circūeuntem medio in uentre percussit:
 Rupit autem thoracis concuuitatem. per autē uiscera æs
 Transiuit. hic in pulueribus cadēs accepit terrā cubito.
 Reccesserūt at sub primipugnatores et illustris Hector.
 Argiui autem ualde clamabant. trahebant at mortuos,
 Phorcymq̄; Hippothoūq̄; soluerūt at arma ab humeris.
 Tunc rursus Troiani bellicosus ab Achiuis
 Ilium intrauerunt impotentijs domiti.
 Argiui autem gloriam acceperunt, & præter Iouis fatū
 Potentia & fortitudine propria. sed ipse Apollo
 Aeneam concitauit corpore Periphanti similis

Præconi Epytidæ, qui ei apud patrem senem
Præconians senuit dilecta mentibus consilia sciens.

Huic ipsum similis allocutus est Iouis filius Apollo.

Apollo
ad Aeneã

Aenea quomodo & præter Deos liberabitis

Ilium altum sic iam uident uiros alios

Fortitudineq; potentiaq; confisos uirilitateq;

Multitudineq; sua, & intrepidum populum habentes.

Nobis autem Iupiter quidem multũ cõsultat q̄ Danais

Victoriam. sed ipsi timetis ualde, neq; pugnatis.

Sic dixit. Aeneas autẽ longi iaculãtẽ Apollinẽ (ciferãs.

Cognouit contra uidẽs. ualde at̄ Hectora allocutus ẽ uo

Hectorq; & alij Troianorũ ductores & auxiliatorum,

Pudor quidem nunc hic bellicosus ab Achiuis

Ilium ire impotentijs domtos.

Sed adhuc aliquis dixit Deorum mihi propẽ astans,

Iouem magnum peritum pugnae auxiliatorem esse.

Ideo rectã in Danaos eamus, ne hi quieti

Patroclum nauibus appropinquent mortuum.

Sic dixit, & multo ante pugnatores saltans stetit.

Hi autem uersi sunt & contrarij steterunt Achiuis.

Tunc rursus Aeneas Leocritum interfecit lancea

Filium Arisbantis Lycomedis bonum socium.

Hunc autẽ cadentem miseratus est bellicosus Lycomedes.

Stetit at̄ ualde propẽ iens & iaculatus est lancea lucida;

Et percussit Hippasidem Amythaona pastorẽ populorũ

Epar sub præcordijs. Statim autem genua soluit

Qui ex Peonia fœcunda uenerat;

Et post Asteropeum fortificauerat pugnare.

Hunc autem cadẽtẽ miseratus est bellicosus Asteropeus.

Irruit autem, & hic promptus Danais pugnare.

I L I A D I S .

Sed nondū adhuc poterat. scutis enim clausi erāt undiq̃
 Stantes circa Patroclum. ante autem lanceas tenebant.
 Ajax enim ualde omnes adiuit multa iubens:
 Neq̃ aliquem retro à mortuo recedere iubet.
 Neq̃ aliquem pugnare Achiuorū egregie aliorum.
 Sed ualde circa ipsum ire, propè autem pugnare.
 Sic Ajax iussit magnus: sanguine autem terra
 Madefacta est nigro. hi autem propè stantes cadebant
 Mortui simul Troianorū, & fortissimorū auxiliatorū,
 Et Danaorum: neq̃ hi enī sine sanguine pugnabant.
 Pauciores at̃ multū corrūpebant: recordabant. n. semp̃
 Inter se in multitudine expellere laborem grauem.
 Sic hi quidem pugnabant corpore ignis, neq̃ dices
 Neq̃ aliquando solem saluum esse, neq̃ lunam.
 Caligine enim detinebant, pugna inq̃; quicunq̃ optimi
 Stabant circa Menœtiadem interfectum.
 Alij autem Troianiq̃; & fortes Achiui
 Taciti pugnabant sub aëre. uolabat autem splendor
 Solis acutus. nebula autem non apparebat in omni
 Terra neq̃ montibus in. remissiores autem pugnabant
 Inter se fugientes tela spirantia
 Multum longestantes. hi at̃ in medio dolores patiebant
 Caligine & bello: consumebantur autem sæuo aere
 Quicunq̃ optimi erant. duo autē nondū uiri audiuerāt
 Viri gloriosi Thrasymedes Antilochusq̃;
 Patroclum mortuum eximium. sed item dicebant
 Viuum in primo tumultu Troianis pugnare.
 Hi autem prospicientes mortem & fugam sociorum
 Separatim pugnabant: quoniam sic iusserat Nestor
 Concitans ad bellum nigris à nauibus.

His autem diurnis contentionis magnū certamē motū est
 Difficilis. labore autē & sudore indefinenter semper
 Genua q̄; tibiæ q̄; pedes autem subter unius cuius q̄
 Manus q̄; oculi q̄; inquinati erant pugnantibus
 Circa fortem famulum pedum uelocium Aeacidae.
 Sicut autem quando uir tauri bouis magni pellem
 Populis det extendere inebriatam unctiōe.
 Accipientes autem utiq̄; hi distantes extendunt,
 Circumcirca uerum humiditas iuit
 Multorum trahentium. extenditur autem tota undiq̄.
 Sic hi huc & illuc mortuum paruo in spatio
 Trahebant ambo. ualde enim ipsis fuit animus.
 Troianis quidem trahere ad Ilium. sed Achiuis
 Naues in concāuas. circa autem ipsum bellum motū est
 Crudele. neq̄; Mars populorū seruator, neq̄; Minerua
 Hoc uidēs uituperasset; neq̄; si ualde ipsum ira cepisset.
 Talem Iupiter in Patroclo uirorum q̄; & equorum
 Die illo extendit malum laborem; neq̄; aliquo modo
 Sciebat Patroclum interfectum diuus Achilles.
 Multo enim longe à nauibus pugnabat uelocibus
 Muro sub Troianorū. hoc ipsum nunq̄; existimabat aīo
 Mori. sed uiuum applicantem ad portas
 Retro redire; quoniam neq̄; hoc sperabat omnino
 Destruere urbem sine illo, neq̄; cum ipso.
 Sæpe enim hoc à matre rogauit separatim audiens:
 Quæ ei nunciauit Iouis magni mentem.
 Iam tunc non ei dixit malum tantum quātum factum est
 Mater, quòd ei multo dilectissimus periret socius,
 Hi autem semper circa mortuum acutas hastas tenentes
 Indefinenter implicabantur, & inter se interficiebant.

Compa /
 ratio pel /
 lis tauri.

Sic autem aliquis dixit Achiuorum armatorum.

O amici non quidem nobis gloria redire

Naues in concauas. sed hic terra nigra

Omnibus aperiat. hoc nobis statim multo melius esset,

Si mortuum Troianis sinamus bellicosus

Ciuitatem ad suam trahere, & gloriam accipere.

Sic autem aliquis rursus Troianorum magnammorum dixit.

O amici si & fatum à viro hoc mori

Omnes simul non aliquo modo aliquis recedat à bello.

Sic aliquis dicebat. robur autem excitabat uniuscuiusque.

Sic hi quidem pugnant. ferreus autem crepitus

Aereum cælum ibat per aërem infructuosum.

Equi autem Aecidae pugna à longe existentes

Flebant, postquam primum senserunt aurigam

In pulueribus lapsum ab Hectore homicida.

Certe quidem Automedon Diorei fortis filius

Multum quidem uerberere crebro concitabat uerberans.

Multa autem mitibus allocutus est, multa autem miris.

Hi autem non retro in naues in latum Hellepontum

Volebant ire; neque ad bellum ad Achiuos.

Sed sicut quando columna manet firmiter quæ in tumulto

Viri stat mortui uel mulieris.

Sic manebant secure pulchrum currum habentes

Pauimento inclinantes capita: lachrymæ autem ipsis

Calidæ per genas humum fluebant gementibus

Aurigæ desiderio. florida autem sordebat coma

Ingo ex cadens apud iugum ambobus.

Gementes autem hos uidens miseratus est Saturnius.

Mouens autem caput ad suum locutus est animum.

O miseri cur uos dedimus Peleo regi

Achillis
equi do-
lent ac il-
lachry-
mantur.

Mortali. uos autem estis infenescentesq; immortalesq;.
 An ut infelicibus cum uiris dolores habeatis.
 Non quidem enim aliquid est erumno sius uiro
 Omnium quæ terram inspirant & serpunt.
 Sed non quidem uobis & curribus uarijs
 Hector Priamides imbit, neq; aliquis alius.
 An non satis q; & arma habet & gloriatur uane.
 Vobis autem in gembus iaciam fortitudinem & in aîo;
 Ut & Automedonta saluetis ex bello
 Naues in concuvas. item enim ipsis gloriam dabo
 Interficere, donec in naues bene tabulatas reuertantur;
 Ingrediaturq; sol & in crepusculum sacrum eat.
 Sic dicens equis inspirauit robur bonum.
 Hi autem à crinibus puluerem in terram iacentes
 Statim portabant citū currū ad Troianos & Achiuos.
 His autem in Automedon pugnabat tristis quāuis socio
 Equis ruens tanquam uultur in anseres.
 Facile quidem enim fugiebat à Troianorum impetu;
 Facile autem irruit multam in multitudinem insequens.
 Sed non interfecit uiros quando ruebat impellere.
 Non enim aliquo modo erat solum euntē sacro in curru
 Lancea ruere, & impellere ueloces equos.
 Serò autem iam ipsum socius uir uidit oculis
 Alcimedon filius Laërcei Emondæ.
 Stetit aut à tergo currus, & Automedonta allocutus ē.
 Automedon quis tibi Deorum inutile consilium
 In pectoribus posuit, & abstulit mentes bonas?
 Qualiter in Troianos pugnas prima in acie
 Solus? sed tibi socius interemptus est. arma aut Hector
 Ipse habens humeris iactatur Aeacidæ.

Automē
don.

ILIADIS

Hūc aut̄ rursus Automedon allocutus est Diorei filius
 Alcimedon, quis enim tibi Achiuorum alius similis
 Equorum immortalium tenere dominationemq; roburq;
 Nisi Patroclus Deis peritus similis
 Viuus existens, nunc autem rursus mors & fatū accepit.
 Sed tu quidem flagellum & habenas splendidas
 Accipe. ego autem ab equis descendam ut pugnem.
 Sic dixit. Alcimedon autem uoce uelocē currum ascendēs
 Statim flagellum & habenas accepit manibus.
 Automedon autē desiliit. intellexit aut̄ illustris Hector.
 Statim autem Aeneam allocutus est propè existentem.
 Aenea Troianorum consiliator bellicosorum,
 Equos hos aduerti uelocis Aeacidae
 In bellum prodeuntes cum aurigis malis,
 Hos sperarem captos iri, si tu modo animo
 Tuo uelis; neq; enim irruentibus nobis
 Sustinerent aduersus stantes pugnare Marte.
 Sic ait. neq; non paruit bonus filius Anchisæ:
 Hi autem rectā iuerunt corijs contecti humeros
 Aridis, firmis: multum uero superiacebat æs.
 His autem simul Chromiusq; & Aretus Deosimilis
 Iuerunt ambo; ualde autem eorum sperabat animus
 Ipsosq; interficere, agitareq; lata collahabentes equos.
 Stulti: nequaquam erant sine sanguine reuersuri
 Retro ab Automedonte. hic uero precatus Iouem patrē
 Fortitudine & robore repletus est præcordia alta,
 Statim autem Alcimedontem affatus est fidum socium.
 Alcimedon nequaquam à me longe detineas equos:
 Sed ualde spirantes in dorsum, neq; enim ego
 Hectorem Priamidem robur contenturum puto

Ante quàm Achillis pulchricomos conscendat equos

Nobis interfectis: teneat uero acies uirorum

Argiuorum, uel & ipse inter primos capiatur.

Sic fatus, Aiaces uocauit & Menelaum.

Aiaces Argiuorum Duces, & Menelaë,

Certe quidē huius mortui cura delata est, quotquot opti

Pro ipso ire, & propulsare acies uirorum: (mi,

A nobis uero uiuis auertite crudelem diem.

Hic nanq; aggrauauerunt bellum lachrymosum

Hector Aeneasq; , qui Troianorum sunt optimi.

Sed quidem hæc in Deorū genibus posita sunt.

Iaculabor enim & ego; hæc autē Ioui omnia curæ erunt.

Dixit, & uibrans præmisit longā umbrā habentē hastā,

Et iecit Areti contra clypeum undiq; æqualem.

Hic autem non hastam prohibuit; pertransijt autem æs:

Extremo autem in uentre per balteum transijt.

Quē admiadū uero qñ acutā habens securim iuuenis uir

Cædens post cornua bouis agrestis,

Vt incidat omnem; hic uero impetu factō cadat.

Ita hic impetu factō cecidit supinus. intra autē illi hasta

Viscera ualde acuta concussa soluit membra.

Hector uero Automedontē iaculatus est lancea fulgētī.

Sed hi quidē ex aduerso conspicatus declinauit græā hæc

In faciem enim procidit. retro autē lancea longa (stam,

Solo infixā est. extrema autem pars concussa est

Hastæ. tum demde laxauit robur fortis Mars:

Et certe ensibus cominus decertassent,

Nisi ipsos Aiaces diremissent prompti:

Qui uenerunt per turmam socio uocante.

Hos autem ueriti cesserunt rursus retrō

Hector Aeneasq; & Chromius Deosimilis
 Aretum uero illic dereliquerunt diuisum cor
 Iacentem. Automedon autem ueloci æqualis Marti
 Armisq; spoliavit, & gloriosum uerbum fatus est.
 Certe paululum super Menœtiade mortuo
 Cor à dolore deposui; deteriore licet interfecerim.

Sic fatus in currum capiens spolia cruenta
 Posuit. ipse autem ascendit pedes & manus de super
 Sanguinolentus, ceu quis Leo Taurum depastus.
 Rursus autem super Patroclo aucta est fortis pugna,
 Molesta, lachrimosa. suscitauit uero cõtentione Minerva
 De cœlo descendens, præmisit enim late sonans Iupiter
 Ut excitaret Danaos: namq; mens mutata est eius.

Tous sè/
 tentia sœ
 pe uariat

Quemadmodu purpurea Irim mortalibus cu exte derit
 Iupiter ex cœlo, prodigium ut sit uel belli
 Vel etiam hiemis frigidæ: quæ quidem ab operibus
 Homines recreat in terra, ouibus uero nocet.

Sic hæc uaria nebula contegens seipsam
 Ingressa est Achiuoru gemen. excitauit aut uiru queq;
 Primum uero Atrei filium cum excitasset affata est
 Fortem Menelaum: hic enim illi propius erat
 Assimulata Phœnici corpus & indefessam uocem.
 Tibi quidem Menelaë mæror & opprobrium
 Exit; si Achillis clari fidum sodalem
 Muro sub Troianorum celeres canes distraxerint.
 Sed sta fortiter. excita uero populum omnem.

Hanc autem affatus est clamore bonus Menelaus
 Phœnix nutritie senex antique, si enim Minerva
 Dederit fortitudinẽ mihi, teloru uero arcuerit impetu
 Sic ego sanẽ uelim adesse & opemferre

Menelaus
 us ad
 Phœnicẽ

Patroclo: vehemēter enim mihi moriēs offendit animū.

Sed Hector ignis graue habet robur, neq̄ cessat

Ære uastans. huic enim Iupiter gloriam præbet.

Sic ait. gauisa est autem glaucos oculos habens Minerva,

Quoniam ipsam ante Deos precatus est omnes

Robur autem in humeris & genibus posuit:

Et illi muscæ audaciam in pectoribus immisit:

Quæ quamuis summotâ ualde à corpore humano

Cupit mordere, dulcisq̄; illi sanguis hominis est.

Tali ipsius, audacia repleuit præcordia alta.

Iuit autē sup̄ Patroclum, & iaculatus est lâcea fulgēti.

Erat autem inter Troianos Podēs filius Eetionis

Diuesq̄; bonusq̄; maxime autē ipsum honorabat Hector.

Inter populares, quoniâ illi sodalis erat charus conuiua,

quem iuxta balteum percussit flauus Menelaus

Impetum facientem in fugam, æs autem transmisit.

Insonuit uero cadens. uerum Atrides Menelaus

Mortuum ex Troianis subtraxit post ordinem sociorū.

Hectorem autem propius stans instigauit Apollo

Phœnopi Asiade similis, qui illi omnium

Hospitum amicitissimus erat in Abydo domo habitans:

Cui se ipsum assimilans affatus est lōge iaculans Apollo.

Hector quis te amplius Achiuorum formidet

Qualem Menelaum subtremuisti, qui antea

Mollis pugnator: nunc autem abit solus sustollens

Mortuum ex Troianis: tuum uero interfecit fidū sodalē.

Bonum inter propugnatores Podem filium Eetionis.

Sic ait. hunc uero doloris nebula contexit nigra.

Ibat autem per propugnatores armatus ardenti ære:

Et tunc Saturnius sumpsit ægidem fimbriatam

I L I A D I S

Splendentem, Idam uero nubibus occultuit,
Fulgurās autē ualde magnū insonuit: hanc uero concussit.
Victoriam autem Troianis dedit: terruit uero Achiuos.

Græci fu-
giunt.

Primus Peneleus Bœotius cœpit fugam:

Percussus enim erat humerū lancea ante uulneratus cōti
In summitate leuiter, rasit autem illi os ad usq; (nenter

Cuspis Polydamātis. hic enim percussit propè ueniens.

Leitum. rursus Hector cominus ferijt manum in uola

Filium Aleētryonis magnanimi, cessauit autē à pugna.

Deterritus uero est circumspectans, qm̄ nō āplius spera

Lancēā tenens in manu decernere cū Troianis. (bat aīo

Hectorem autē Idomeneus post Leitum impetū facientē

Percussit thoracem in pectore apud mamillam.

In summitate at̄ fracta est lōga lancea. hi at̄ timuerunt

Troiani. hic autem Idomeneus iaculatus est Deucalidē

Curru instanti. hoc quidem ab parum errauit.

Sed hic Merionis comitemq; aurigamq;

Cœranum, qui ex Lyto bene ædificato sequebat̄ ipsum;

Pedestris enim primus linguens naues utrinq; agitata

Venit, & Troianis magnum robur inieciisset,

Nisi Cœranus statim pedū uelocium impulisset equos.

 Prius defatigantur, quàm omnes discedere pugna.
 Sed age populum quidem dimitte, & cœnam iube
 Parare. dona autem Rex uirorum Agamemnon
 Ferat in mediam concionem, ut omnes Achii
 Oculis uideant, tu autem mentibus proprijs læteris.
 Iuret autem tibi iuramentum in Argiuis assurgens,
 Nunquam lectum ascendisse & miscuisse,
 Sicut ius est Rex certe uirorum & mulierum.
 Et autem tibi ipsi animus in mentibus hilaris sit.
 Sed postea te conuiuio in tentorijs placet
 Pingui, ut non quid iustitiæ indigens sis.
 Atride tu autem postea iustior & in alium
 Eris. non quidem enim aliquid accusabile regem
 Virum reconciliari, quando aliquis prior sæuit.
Hunc autem rursus allocutus est Rex uirorū Agamēhō.
 Gaudeo tui Laërtiade uerbum audiens.
 Indecenti enim omnia narrasti & connumerasti.
 Hæc autem ego uolo iurare. iubet autem me animus:
 Neq̄ peierabo apud Deum. sed Achilles
 Maneat hic interea festinans licet martis

Regū est
 ut affect⁹
 cohibeāt

Manete autem alij omnes congregati, donec dona
 Ex tentorijs ueniant, & iuramenta fidelia incidamus.
 Tibi autem ipsi hoc ego impero & iubeo
 Eligens iuuenes optimos omnium Achiuorum
 Dona mea à naue portent quæcunq; Achilli
 Heri promissimus dare, ducere & mulieres.
 Talhybius autem mihi cito in exercitu lato Achiuorum
 Caprum præparet interficere Ioui soli.
Hunc autem respondens allocutus est pedes uelox Achilles.
 Atride gloriosissime Rex uirorum Agamemnon
 Aliasq; & magis debetis hæc facere;
 Quando aliqua cessatio belli fiet,
 Et robur non tantum erit in pectoribus meis.
 Nunc autem hi quidem iacent imperfecti quos interfecit
 Hector Priamides, quando ei Iupiter gloriam præbuit.
 Vos autem in cibum incitatis. certe ego
 Nunc quidem iuberem pugnare filios Achiuorum
 Ieiunos exurientes, simul & sole occidente,
 Facere magnam cœnam postq; uli erimus damnum.
 Ante aut non aliquo modo mihi dilectum in guttur ueniet
 Non potus, neq; cibus amico mortuo:
 Qui mihi in tentorio interfectus acuto ære
 Iacet in uestibulo uersus; circum autem socij
 Lugent, hoc mihi non in mentibus hæc curæ sunt.
 Sed cedesq; & sanguis, & amarus fletus virorum.
Hunc autem respondens allocutus est multiconsilij Vlysses.
 O Achilles Pelei fili longe fortissime Achiuorum
 Melior es me & potentior non parum
 Lancea. ego autem te sapientia supero
 Multum: quoniam prior natus sum, & plura uidi.

Vlysses
 ad Achil
 lem recõ
 ciliatum.

Hoc tibi in toleret cor uerbis meis,
 Statimq; pugnae fit facietas hominibus,
 Quaq; plurimum quidem stipulam interram aēs fudit;
 Messis autem parua postq̄ declinauit bilantes
 Iupiter, qui hominum custos belli factus est.
 Ventri autē nō aliquo mō est mortuū lugere Achiuos.
 Valde enim multiq;, & densi diebus omnibus
 Cadunt: quando aliquis cessabit labore.
 Sed oportet hunc quidem sepelire quicumq; mortuus sit
 Fortem animum habentes in die lachrymantes.
 Quicumque autem bello ab odioso relinquuntur,
 Recordari potus & tibi; ut in futurum magis
 Viris inimicis pugnemus incessanter semper
 Induti corpore q̄s indomitum: neq; aliquis aliam
 Populorum exhortationem expectans teneatur.
 Hæc enim hortatio malum erit quicumq; relinquetur
 Nauibus in Argiuorum. sed congregati impetū faciētes
 Troianos contra equorum domitores excitemus uelocem
 Dixit, & Nestoris filios comitatus est clari (Martem.
 Phylidemq;, Megeta, Thoantaq;, Merionemq;
 Et Crioniadē Lycomedem, & Menalippum.
 Perrexerunt autē ire in tentoriū Agamemnonis Atride.
 Statim autem postea simul uerbū fuit, p̄fectū est et opus.
 Septem quidem ex tentorio tripodas quos ei promiserat
 Splendentes, & lebetes viginti, duodecim equos;
 Eduxerunt autem statim mulieres eximias opera sciētes
 Septem: sed octaua Briseida pulchrarum genarum.
 Auri autem ponderans Vlysses decem omnia talenta
 Iuit. simul autem alij dona ferebant iuuenes Achiuorū.
 Et hæc qdē i media cōciōe posuerūt. sursū at Agamēnō

Munera
 Achilli
 ab Aga-
 memno
 ne data.

I L I A D I S

Surrexit. Talthybius autem Deis similis uocem,
 Verrem tenens manu astitit pastori populorum.
 Atrides autem trahens manibus gladium,
 Qui ei apud ensem in magna uagina semper pendeat
 Verris à setis capiens Ioui manus eleuans
 Precabatur. hi autem omnes illic sedebant silentio
 Argiui secundum decens audientes regem.
 Precans autem igitur dixit aspiciens in cœlum latum.
 Sciat nunc Iupiter primum Deorū eximius & optimus,
 Terraq; & Sol & Erinnes quæq; sub terram
 Homines puniunt, quicumq; periurium iurauit.
 Non quidem ego puellæ Briseidi manum intulisse,
 Neq; lecti occasione usus, neq; alicuius alterius;
 Sed esse incorrupta in tentorijs meis.
 Si aut aliquid horū periurium mihi Dei dolores dem
 Multa ualde quæcunq; dant quicūq; ipsis peccat iurās.
 Dixit, & iugulum Verris aperuit infesto ferro.
 Hunc quidē Talthybius spumātis maris magnū fluctum
 Iecit in uertens escam piscibus. sed Achilles
 Assurgens Argiuos bellicosos allocutus est.
 Iupiter pater certe magna nocumenta uiris das.
 Nunq̄ animum in pectoribus meis
 Atrides mouisset totaliter: neq; puellam
 Duxisset me inuito improuisus. sed alicubi Iupiter
 Voluisset Achiuis mortem multis fieri.
 Nunc autem uenite ad cœnam, ut conducemus martem.
 Sic exclamauit. soluit autem concionem subitam.
 Hi quidem sparsi sunt suam in nauem singulus.
 Donū autem Myrmidones magnanimi curabant.
 Iuerunt autem in nauem portantes Achillis diuini
 Et hæc

Agamē
 nouis iu/
 ramentū

Et hæc quæ in tentorijs posuerunt. sedere fecerunt atque
 Equos atque in armetum impulerunt serui alacres: (lieres.
 Briseis autem postea similis aureæ Veneri,
 Ut uidit Patroclum saucium acuto ferro
 Circa ipsum fusa stridule lamentabatur. manibus atque la-
 Pectoraque, et molle collum, et pulchrâ faciem. (niabat
 Dixit autem flens puella similis Deabus.
 Patrocle mihi miseræ plurimum grate animo,
 Viuum quidem te reliqui ego ex tentorio discedens:
 Nunc autem te mortuum inuenio princeps populorum
 Retro ueniens. sic mihi suscipitur malum ex malo semper.
 Virum quidæ cui dederunt me pater et ueneranda mater
 Vidi ante ciuitatem saucium acuto ære;
 Tresque fratres quos mihi una generauit mater
 Dilectissimos, qui omnes exitiale diem secuti sunt.
 Neque quidæ neque me sinebas quoniam uirum meum uelox Achilles
 Interfecit: diruit et urbem diuini Menetæ,
 Flere: sed me dicebas Achillis diuini
 Puellam uxorem facere: ducere et in nauibus:
 In Phthiam conuiuari et nuptijs cum Myrmidombus.
 Hoc te insatiabiliter fleo mortuum iucundum semper.
 Sic dixit flens. supra autem suspirabant mulieres
 Patroclum oratione, sui autem ipsorum dolores singulæ.
 Ipsum autem circum senes Achiuorum congregati sunt
 Precantes cœnare: hic autem negabat suspirans;
 Suppletis si quis mihi charorum paret sociorum
 Non me ante cibo iubete, neque potu
 Satiari dilectum cor: quoniam me dolor grauis accepit
 Occidentem ad solem permanebo et tolerabo tamen.
 Sic dicens alios quidem dimisit reges

Briseis
 reddita
 Achilli,
 Patroclus
 deflet.

Duo autem Atridae remanserunt, & diuus Achilles,
 Nestor, Idomeneusq; senexq; equitator Phœnix
 Consolantes assidue tristantem, neq; animo
 Delectabatur ante belli os ire sanguinolenti.
 Recordatus autem ualde eleuatus est, exclamauitq;.
 Certe aliquñ & tu duramorte interempte dilectissime amā
 Ipse in tentorio cœnam apposuisti (corum
 Statim & diligenter, quando festinabant Achiui
 Troianos cōtra eqdomitores ferre lachrymabilē mortē.
 Nunc autem tu quidem iaces exanimus. sed meum cor
 Esuriens potus & tibi intus existentium
 Tuo desyderio. non quidē enim quid peius aliud passus
 Neq; si patrem interfectum audirem, (fuissem,
 Qui nunc Phthiæ teneram lachrymam fundit,
 Priuatione talis filij, qui alienum inter populum
 Gratia exitiosæ Helenæ Troianis bello.
 Vel hunc qui Scyro mihi in educatur dilectus filius.
 Sicut adhuc uiuit Neoptolemus pulcher.
 Antea quidē enim mihi animus in pectoribus sperabat
 Solum me mori longe ab Argo equospascente
 Hic in Troia. te autem ad Phthiam redire.
 Ut mihi filium ueloci cum naue nigra
 A Scyro educeres, & ei extendere singula.
 Possessionem meam, seruosq;, & altam magnam domū.
 Nunc enim Peleum puto uel omnino
 Mortuum esse, uel paululum adhuc uiuentem mœrere;
 Senectuteq; odiosa & meum expectantem semper
 Tristem nuntium, qñ me mortuum audiet.
 Sic dixit flens, post autem suspirauerunt seniores,
 Recordantes quæ unusquisq; in domibus reliquerat.

Lugentes autem igitur hos uidēs miseratus ē Saturnius.
 Statim autem Mineruam uerba uelocia allocutus est.
 Filia mea iam omnino abijisti uiro bono,
 Certe non amplius oīno in mentibus curæ est Achilles
 Ille, qui ante naues altacapitahabentes,
 Sed lugens socium dilectum: alij autem
 Iuerunt ad cœnam. hic autem esuriens & ieiunus.
 Sed uade ei ne ctar & ambrosiam amabilem
 Stillā in pectoribus, ut non ipsum fames accipiat.
 Sic dicens persuasit antea promptam Mineruam.
 Hæc at harpæ simulis extēspēnashnti argutæuocis
 Cælo ex disijit per æthera. sed Achiuu
 Statim armabantur in exercitu. hæc autem Achilli
 Ne ctar in pectoribus, & ambrosiam desyderabilem
 Instillauit, ut nō ipsum fames iniucunda genua accipiat.
 Ipsa autem ad patris ualde fortis solidam domum
 Redijt. hi autem longe à nauibus fundebant uelocibus.
 Sicut autem quādo densæ mues Iouis exuolant
 Concretæ sub robore seremifici boreæ.
 Sic tunc densæ cassides splendidæ coruscantes
 Nauibus exhibant, & scuta umbiculosā;
 Thoracesq; fortes incurui, & fraxineæ lanceæ.
 Splendor aut cœlum ibat. ridebat autē oīs ualde terra
 Aeris sub splendore. sub autē sonitus mouebat pedibus
 Virorum. in aut medijs armatus est diuus Achilles.
 Huius & dentium quidem crepitus erat. huic aut oculi
 Ardebant tanquā ignis splendor. in autem ei cor (tus
 Gressus est dolor intolerabilis. hic at igit Troianis ira=
 Indutus est dona Dei, quæ ei Vulcanus excuderat faber.
 Tibialia quidem primum circum tibias posuit

Achilles
 Pallas ne
 ctare con
 firmat.

Pulchra argenteis malleis fabricata;
 Secundo rursus thoracem circa pectora induit;
 Circa autē humeros apposuit ensem argenteorū clauorū
 Aereū; sed postea clypeum magnum solidumq;
 Cepit; huius autem longe splendor erat tanq̄ lunæ.
 Sicut autem quando ex ponto fulgor nautis apparet
 Ardētis ignis; hic autem uritur. alte montibus
 Stabulo in ouili; hos autem non uolentes procellæ
 Pontum in pisciferum ab amicis longe portant.
 Sic autem ab Achille scuti splendor in æthera ibat
 Pulchri uarij. circum autem cassidem eleuans
 Capiti posuit grauem. hæc autem stella ut splendebat.
 Equinam comā habens galea, circū at̄ quatiebant crines
 Aurei, quos Vulcanus misit cristam circum frequentes.
 Experiebatur autem sibi illic in armis diuus Achilles,
 An ei accommodata essent, & mouerentur clara dona.
 Huic tanquā pennæ erāt. extulit autē pastorē populorū.
 Ex autem igitur armamentario patriā depromit hastā
 Graue, magnā, firmā: quā qdē nō potuisset alius Achis
 Mouere. sed ipsam solus sciebat uibrare Achilles (uorū
 Peliam fraxineam, quā patri dilecto incidērat Chiro
 Pelij ex uertice cædem esse heroibus.
 Equos autem Automedonq; & Alcius circū laborantes
 Iungebant. circum autem firma lora erant. in autē frena
 Maxillis iecerūt. deorsum at̄ habenas extenderūt retro
 Compactum ad currum. hic autē igit̄ flagellū splēdidū
 Manu capiēns aptum in equis irruit
 Automedon. inde autem armatus iuit Achilles
 Armis conspicuus tanquam sol super iens.
 Terribiliter autem equis imperitabat patris sui.

Compa
 ratio nau
 tarum.

Autome
 don.

Xantheq; & Balie præclare progenies Podarges.

Aliter iam considerate seruare aurigas

Iterum Danaorum in globum postq; iuerimus belli;

Neq; ut Patroclum relinquatis illic.

Mortuū. hūc aut à iugo allocutus est pedes uarius equus

Xanthus. Statim autem inclinatus est capite. oīs aut iuba

Collari ex cadens à iugo in terram iuit.

Loquentem aut fecit Dea albasulnashabens Iuno.

Et ualde te adhuc nunc liberabimus fortissime Achille.

Sed tibi propè letalis, neq; in aliquo nos

Causæ; sed Deusq; magnus & fatum potens.

Neq; enim nostra tarditate segnitieq;

Troiani ab humeris Patrocli arma acceperunt.

Sed Deorum optimus quem pulcherrima pepit Latona

Interfecit in primis pugnatoribus, & Hæctori gloriam

Nos autem & cū spiritu Zephyri cucurrimus (dedit.

Quem leuissimum dicunt esse. sed tibi ipsi

Fatiale est Deoq; & uiro forti domari.

Sic igitur uociferantis Erinnes prohibuerūt uocem. (les.

Hūc ualde idignatus allocutus est pedibus uelox Achil

Xāthe qd mihi mortē uaticinaris; neq; in aliquo te de-

Bene scio & ipse q; mihi fatum hic perire (cet.

Procul à dilecto patre & matre. sed & tamen

Non cessabo ante Troianos ualde fugare à prælio.

Dixit et ī primis clamās īpulit uniusunguiculæ equos.

Xanthus
equus
Achillis
ipsi domi
no loqui
tur,

Achilles
Xanthus
suum al
loquitur.

ARGVMENTVM. Y. HO-
MERI COMPOSITI-
TIONIS.

IQue mandante descenderunt adiuuaturi Dei om-
nes. Græcis quidem Iuno & Minerua & Neptunus
& Vulcanus & Mercurius. Trojanis autem Venus &
Apollo. Item autē & Diana & Latona Marsq; & Sca-
mander. Aeneam autem contrastatē Achilli saluat
Apollo nebula cooperiens: Achilles autem aliosq; in-
terfecit, & Polydorum Priami filium. Hector autem cō-
trastans ipsi fugit Apolline seruante ipsum: alios autē
Achilles in ciuitatem fugientes urgebat.

ILIADIS. Y. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Ypsilon, beatorū lis orta ē: affert aut fortitudinē Achiuis



Ichi quidem apud naues rostratas
armabantur,
Circum te Pelei fili pugnae insa-
tiabiles Achiui.
Troiani autem rursus exalter apte
in loco eminenti campi.

Deos in
cōcilium
vocat Ia-
stia.

Iupiter aut Themisti iussit Deos ad concilium uocare
Vertice ab olympi multorum ordinum. hæc igit oīno
Iens imperauit Iouis ad domum ire.
Neq; aliquis fluuiorum absuit præter Oceanum:
Neq; igit nympharum quæ nemora pulchra habitant,

Et fontes fluuiorum, & loca irrigua.

Euntes aut in domum Iouis nebularum congregatoris

Politis sedibus infederunt, quas Ioui patri

Vulcanus fecit scientificis artibus.

Sic hi quidem Iouis intra congregati sunt. neq; Neptu

Obaudiuit deæ: sed ex mari uenit ad ipsos. (nus

Sedit autem in medijs. Iouis aut interrogauit cõsiliu.

Cur iterum albi fulminis Deos ad conciliu uocasti?

An circa Troianos & Achiuos cogitas?

Horum enim nunc propè pugna bellumq; ardet.

Hunc rñdēs allocutus est nebularum cõgregator Iupiter.

Scis Neptune meam in peçtoribus uoluntatem:

Quorũ gratia congregaui: curæ sunt mihi pituri quis.

Sed certe quidem ego maneo in summitate olympi

Sedens; ubi uidens mentem delecto. hi autem iam alij

Venistis ut eatis ad Troianos & Achiuos.

Ambobus aut auxiliamini ubi animus est unius cuiusq;.

Si enim Achilles solus contra Troianos pugnat,

Neq; paululum habebunt pedes uelocem Pelidem:

Et autem ipsum tremunt uidentes.

Nunc autē quando iã & animũ socij iratus est grauiter,

Timeo ne & murum contra debitum destruat.

Sic dixit Saturnides, bellum aut magnum suscitauit.

Perrexerũt at ire bellũ at Dei dupliciter animũ hñtes.

Iuno quidem ad certamen nauium, & Pallas Minerua,

Et Neptunus terram continens, & ualde utilis

Mercurius, qui in mentibus prudentibus ornatus est:

Vulcanus autem cum his ibat fortitudine superbiens,

Claudicans: sub autem tibiæ fluebant in ualidæ.

In autem Troianos bene armatus, sed cum ipso

Deorum
conciliũ.

Neptuni
in concili
lio uerba
ad Iouẽ.

Deorum
diuersa
studia et/
ga Troia
nos &
Gizcos.

Phœbus intensus & Diana sagittis gaudens
 Latonaq; Xanthusq; amans risumq; Venus.
 Quandiu quidem longe Dei mortalibus stabant uiris,
 Tandiu Achiui quidem ualde gloriabant, qm Achilles
 Apparuit. diu autem pugnae abstinuerat molestæ.
 Troianos aut tremor grauis intrauit membra singulû,
 Timentes quando uiderût pedibus uelocem Pelidem
 Armis conspicuum hominibus, pernicioso similè Marti.
 Sed postq in partes Dei uenerunt uirore (aut Minerua
 Mota est at pugna fortis populorû excitatrix. clamabat
 Stans aliqñ quidè apud fossam cauatam murum extra,
 Aliquando à littoribus sonantibus longe clamabat.
 Clamabat autè Mars ex alia pte nigræ procellæ similis
 Acute à propugnaculis ciuitatis Troianis iubens,
 Aliquando apud Simoenta Deorum à sacro loco,
 Sic ambos beati Dei excitantes
 Coniecerunt. in autè ipsis pugnam ruperunt grauem.
 Grauiter autem intonuit pater uirorumq; Deorumq;
 Ex alto. sed subter Neptunus concussit
 Terram immensam, montiumq; alta cacumina.
 Omnes autem intremuerût radices multarû fontiu Idæ
 Et cacumina; Troianorûq; ciuitas & naues Achiuorû.
 Timuit subter rex umbrarum Pluto.
 Timens autem ex solio saltauit, & clamauit, ne ei desup
 Terram scinderet Neptunus quatiens terram;
 Domus aut mortalibus & immortalibus apparerent
 Terribiles latæ, quasq; oderunt Dei quâuis.
 Tantus utiq; sonus motus est Deorû cõtentiõe cõueniētû,
 Certe quidem enim contra Neptunum regem
 Stabat Apollo Phœbus habens sagittas pennatas,

Deorum
 alij
 alijs fa-
 uent,

Deorum
 alij cõtra
 alios sũt
 i prælio.

Contra autē Martem Dea glaucosoculoshñs Minerua,
 Iunonem autem contra stabat aureamcolumhñs clamosa
 Diana sagittis gaudens, soror Apollinis:
 Latonam autē contra stabat saluator perutilus Mercurius.
 Contra autē Vulcanū magnus fluius profundosuortices
 Quem Xanthū uocant Dei, viri autē Scamandrū. (hñs,
 Sic hi quidem Dei contra Deos ibant. sed Achilles
 Hectorē contra maxime cupiebat ire in aciem
 Priamidem: huius enim maxime animus sperabat
 Sanguine satiare martem fortem.
 Aeneam autem reā populorū excitator mouit Apollo
 Contra Pelidem: immisit autē ei fortitudinem bonā.
 Filio autem Priami Lictoni similis erat uocem.
 Huic ipsum similis allocutus est Iouis filius Apollo.
 Aenea Troianorum consiliator, ubi tibi mince,
 Quas Troianorum Regibus promissisti
 Pelidem Achillem contra pugnare.
 Hunc rursus Aeneas respondens allocutus est.
 Priamide cur me hæc & non uolentem iubes
 Contra Pelidem magnanimum pugnare.
 Non quidem. n. iam primum pedes ueloces hñtē Achillē
 Stabo: sed iam me & aliā lanceam formidauit:
 Ex Ida, quando boues contra iuit nostras.
 Diruit autem Lyrnesum & Pedasum: sed me Iupiter
 Liberauit, qui mihi dedit fortitudinem uelociaq; genua.
 Certe occubuissem sub manibus Achillis & Mineruæ,
 Quæ ei ante iens ponebat lumen: & iubebat
 Lancea ærea Lelegas & Troianos interficere.
 Ideo non est Achillem contra uirum pugnare.
 Semper enim adest unus Deorum qui periculū expellit.

Et autem aliter huius recta telum uolat, neque desinit
 Ante corpus humanum transire. si autem Deus
 Aequalem praeberet belli finem, non me ualde facile
 Vinceret: neque si totus armatus gloriatur esse.
 Hunc rursus allocutus est Rex Iouis filius Apollo.
 Heros, sed et tu Deos sempiternos
 Precare, et autem te dicunt Iouis filia Venere
 Ex natum esse. ille autem inferiori ex Deo est.
 Haec quidem enim Iouis est. haec autem ex marino sene
 Sed recta ferres indefessum, neque te omnino
 Terribilibus uerbis auertat et minis.
 Sic dicens inspirauit fortitudinem magnam pastori populoque.
 Iuit autem inter primos armatus fulgenti aere.
 Neque latuit Anchisae filius albas ulnas habentem Iunonem
 Contra Pelidem iens per turmas uirorum.
 Haec simul conuocans Deos uerbum dixit.
 Considerate iam vos Neptune, et Minerua
 In mentibus uestris quomodo erunt haec opera.
 Aeneas hic iuit armatus fulgenti aere
 Contra Pelidem. immisit autem Phaebeus Apollo.
 Sed age nos ipsum auertamus retro:
 Illinc aliqua postea et nostrum Achilli
 Assistat. det autem fortitudinem magnam, neque in aliquo animo
 Deficiat, ut sciant quod ipsum diligunt optimi
 Immortalium. hi autem rursus stulti, qui a principio
 Troianis auxiliabantur in bello et pugna.
 Omnes autem ab Olympo descendimus obuiantes
 Huic pugnae, ut non aliquid a Troianis patiatur.
 Hodie. postea autem haec patietur quaecumque ei parca
 Nato nexit lino, quando ipsum peperit mater.

Aeneas
 suauis A/
 pollinis
 et Achil
 le tendit.

Si autem Achilles non hæc Deorum ex didicerit uoce,
Timebit postea, quando aliquis contra Deus ueniet
In bello, graues autem Dei uideri manifesti.

Huic respondit postea Neptunus quatiens terram.

Iuno ne irascaris præter mentem, neq; te decet.

Non ego uolo Deos ad contentionem trahere

Nos alios, quoniam fortiores sumus.

Sed nos quidem postea sedeamus eumes

Ex uia in speculam, bellum autem uiris curæ erit.

Si autem Mars inceperit pugnam, & Phœbus Apollo,

Vel Achillem tenebunt, & non sinent pugnare;

Statim postea & nobis cum his contentio mouebitur

Pugnæ. ualde autem celeriter diuisos puto

Retro ire ad cælum Deorum in congregatione aliorum

Nostri à manibus necessitate fortiter coactos.

Sic igitur clamans procedebat nigra cesarie

Murum in undi p̄ fossa munitum Herculis diuini

Altum, quem utiq; ei Troiani, & bellicosa Minerva

Condiderant, ut coetum fugiens euitaret,

Quando ipsum sequebatur à littore in campo.

Illic Neptunus sedebat, & Dei alijs

Circum autem crassa nebula humeris induti erant.

Hi autē ex altera parte sedebant in frontibus colliculi

Circum Aragerū Apollinē, & Martē urbiū euersorē.

Sic hi quidem utrinq; sedebant consultantes

Consilia, ordiri autem grauissima pugna

Dubitabant utrinq;. Iupiter autē sedēs alte præcipiebat.

Horum autē omnis impletus est campus, & fulgebat ære,

Virorum & equorum. commouebatur autē terra pedibus

Irruentium simul, duo autem uiri ualde optimi

Herculis
murus a
Troianis
extractus
quo se re
ciperet, &
tū fugies.

In medium utrorunq; properabant promptiq; pugnare
Aeneasq; Anchisiades, & diuinus Achilles.

Aeneas autem primus minabundus irruit

Nutans galea firma, sed clypeum strenuum

Ante habebat pectus. uibravit autem ferratam lancea.

Pelides autem ex altera parte contra ruit leo tanquam

Perniciosus, quem uiri interficere prompti sunt

Venantes omnis populus. hic autem primū quidē spernēs

Venit. sed quando aliquis ad bellum currentium iuuenū

Lancea percussit uer susestq; hians: circūq; spuma dētes

Fit: in autem ei cor suspirat fortem animum;

Caudaq; lateraq; & dorsa utrinq;

Verberat; se autem ipsum irritat pugnare:

Exasperatus autē rectā fertur fortitudine siquē interficiat

Virorum, uel ipse interimatur prima in turba.

Sic Achilli prouocabat robur & animus superbus

Contra ire magnanimum Aeneam.

Qui autē, quando iam propè erant contra inter se eūtes

Hunc prior allocutus est pedibus sufficiens diuinus Achil

Aenea cur tu tanta multitudine multum abiens (les.

Stas? ante te animus mihi pugnare iubet

Sperantem Troianis imperare equi domitoribus

Honore Priami. sed si me interfeceris,

Non tibi propterea Priamus præmiū in manibus ponet.

Sunt ei filij. Iupiter autem constans, neq; amens.

An aliquod tibi Troiani templum facient eximiū aliorū

Pulchrum plantationis & arationis ut habites

Si me interfeceris. difficulter autem te spero facere.

Iam quidem te dico & aliā lancea terrui.

An non recordaris, quando te bobus procul solū existētē

Achillis
eū Aenea
gressus;

Insecutus sum per Idæa iuga uelocibus pedibus
 Statim tunc autem non uersus es fugiens.
 Illinc autem in Lyrne sum fugisti: sed ego hanc
 Diruicum impeturuens cum Minerva & Ioue patre.
 Prædatis autem mulieres libero die auferens
 Duxi: sed te Iupiter liberauit & Dei alij.
 Sed non nunc te liberari puto, ut in animo
 Ponis. sed te ego recedentem iubeo
 In multitudinem ire, neq; contrarius siste te mihi,
 Ante aliquod malū pati. factum autē etiā stultus nouit.
 Huic rursus Aeneas respondit, locutusq; est.
 Pelide ne iam me uerbis saltem dementem tanquam
 Speres perterreri: quoniam manifeste noui, & ipse
 Et conuitia & iniusta loqui.
 Scimus autē inuicem generationem. scimus & parentes
 Ante audita audientes uerba mortalium hominum.
 Visu autē neq; utiq; aliquo mō tu meos uidisti, neq; utiq;
 Dicunt te quidem Pelei præclari filiū esse. (ego tuos.
 Matre autē ex Thetide pulchrū crinem hñte marina.
 At ego filius magnanimi Anchisæ
 Glorior natus esse: mater autem mihi est Venus.
 Horum iam nunc alteri dilectum filium plorabunt
 Hodie: non enim dico uerbis infantilibus.
 Sic diuisos à pugna redire.
 Si autem uis & hæc discere ut bene scias
 Nostrum genus: multi autem ipsum uiri norunt.
 Dardanū iterū primū genuit nubiū cōgregator Iupiter,
 Condidit autem Dardaniam, quoniā nondū Iliū sacrū
 In cāpo erat condita ciuitas diuersarū linguarū hominū
 Sed adhuc radices habitabant multarum fontium Idæ.

Factū qđ
 est, nouit
 & stultus

Aeneas
 genus ac
 genealogiā
 suam
 explicat.

Dardano
filio Io/
uis tria
millia
equarum.

Dardanus rursus genuit filium Erichthonium Regem,
Qui iam ditissimus fuit mortalium hominum.
Huius mille equæ paludem circa pascebantur
Fœminæ, pullis lætæ teneris.

Equæ Dar
dani, ex
Borea, uē
to graui/
dæ.

Has Boreas amauit pascentes,
Equo autem similis dormiuit nigroscrine habenti.
Hæ autem grauidæ pepererunt duodecim pullos.
Hæ autem aliquando quidem saltabant in fertili agro,
Summitate in culmorū fructuū currebant, neq; frage-
Hæ autem qñ saltabant in lata dorsa maris, (bant.
Summitate in littoris maris albensis currebant.

Erichtho
nius.

Troem Erichthonius genuit Troianis Regem,
Troem autem rursus tres filij optimo ex geniti sunt,

Ilus
Assarac⁹
Ganyme
des.

Ilusq; Assaracusq; & diuinus Ganymedes,
Qui iam pulcherrimus fuit mortalium hominum,
Quem & sustulerunt Dei Ioui propinquare
Pulchritudinis gratia suæ, ut mortales inter esset.

Capv⁹.
Anchises

Ilus autem rursus genuit filium præclarum Laomedonta.
Laomedon autem certe Titonum genuit Priamumq;
Lampumq;, Clitiumq;, Hicetaumq; ramum Martis.
Assaracus autē Capym. hic autē Anchisem genuit filiū.
Sed me Anchises. Priamus autē genuit Hectora diuinū.
Huius generationisq; & sanguinis gloriōr esse.

Dij p vo
lūtate au
gent vires
minuūtq;

Iupiter autem uirtutem uiris augetq; minuītq;
Ut uult. hic enim potentissimus omnium.
Sed age non amplius hæc dicamus amentes, ut

Homi/
nes alij a/
lūs inui/
cē multa
pnt obij/
cere.

Stantes in medio tumultu pugnæ:
Sunt enim ambobus opprobria loqui
Multa ualde, neq; nauis centum sedium onus eleuaret.
VOLVbilis autē lingua hominū. Multa autē sunt uerba

Diuersigena. Verborum autē multa copia hinc et hinc. Homini
linguavo
lubilis
uerba ac
multa.
 Quale dixisti uerbum, tale contra audies.
 Sed cur lites & contentiones nobis necessitas
 Contendere mutuo contra, ut mulieres;
 Quę iratę ira ualde animi perturbatricę Qualia
dixisti, ca
lia audies
 Contendunt mutuo mediam in uiam euntes,
 Multa ueraq; & non ira autem & hęc dicere iubet.
 A pugni autem non me uerbis amouebis alacrem,
 Ante ęre pugnare contra, sed age cito,
 Experiamur mutuo ęreis lanceis.
 Dixit, & in graui clypeo impulit ęream hastam
 Terribiliter, ualde circa clypeum soluit hastę cuspis.
 Pelides autem scutum quidem à se manu forti
 Tenuit timens, dicebat enim eminus iactum telum
 Facile autem ire magnanimi Aeneę.
 Stultus neq; intellexit in mente, & in animo,
 Quod non facile est Deorum clarissima dona
 Viris mortalibus proscissum iri & cessurum esse.
 Neq; tunc Aeneę prudentis fortis lancea
 Rupit clypeum, aurum enim liberauit dona Dei:
 Sed duas quidem transiuit per plicas: hęc autē adhuc tres
 Erant, quoniam quinę plicas excuderat Vulcanus;
 Has duas ęreas, duas autem intus stanni,
 Vnam autem auream, ubi detenta est ęrea lancea.
 Secundus rursus Achilles pręmisit longam lanceam,
 Et percussit Aeneę clypeum undiq; ęqualem
 In orbe sub primo, ubi tenuissimum currebat ęs;
 Tenuissimum autē inerat corium bouis: hęc autē tu taliter
 Pelias transiuit fraxinea: resonuit autē scutum sub ipsa.
 Aeneas autem contractus est, & à se scutum tembat

Achilles
 Aeneam
 aliqui in
 fugauerat

Timens: lancea autem supradorsum in terra
 Stetit delata, per aëtem ambos transiit orbem
 Clypei cooperientis hominē: hic autē deuitans lanceā lon-
 Constitit: dolor autem fusus est multus in oculis, (gam
 Timens quòd eum propè fixum est telum. sed Achilles
 Promptus irruit tracturus ensē acutum
 Terribiliter clamans. hic saxum accepit manu
 Aeneas magnum opus, quod non duo uiri extulissent
 Quales nunc hoies sunt. hic autē ipsum facile uersabat et
 Tunc Aeneas irruentē percussit petra (solus.
 Et in galea & inscuto, quod eum iuuat à dura morte.
 Hunc autem Pelides propè ense animum abstulisset,
 Nisi acute intellexisset Neptunus quatiens terram:
 Statim autem immortales Deos ad uerbum locutus est.
 Heu certe mihi dolor magnanimi Aeneæ
 Qui cito Pelide domitus ad infernum descendet
 Per suasus uerbis Apollinis longeaicientis,
 Stultus: neq; eum iuuabit à tristi morte.
 Sed cur hic innocens dolores patitur
 In uanum gratia alienorum dolorum. gratia autem semp
 Munera Deis exhibet, qui cœlum latum habitant.
 Sed agite nos ipsum è morte subducamus,
 Ne aliquomodo & Saturnides irascatur, si Achilles
 Hunc interimat. fatale autem ei est euitare,
 Ut non infeminata generatio & obscura pereat
 Dardani, quem Saturnides præ omnibus dilexit liberis,
 Qui se ex generati sunt mulieribus mortalibus.
 Iam enim Priami generationem odit Saturnius:
 Nunc autem iam Aeneæ potentia Troianis imperitabit,
 Et filij filiorum qui postea nascentur.

Huic

Aeneam
 cū Achil-
 le cōgret-
 sum Nep-
 liberat,

Aeneam
 Troiano
 excidio
 superesse
 fato de-
 cretū erat

Huic autem rñdit postea pulchra oculos ueneranda Iuno.
 Neptune ipse tu in mentibus tuis consydera,
 Aeneam an ipsum saluabis, an sines
 Pelidæ Achilli interfici bonum existentem.
 Certe quidem enim nos multa iurauimus iuramenta,
 Omnes inter mortales ego & Pallas Minerua
 Nunquam in Troianos expellere malum diem,
 Neq; quando Troia usti uo igne omnis uretur
 Vsta. urent autem bellicosi filij Achiuorum.
 Sed postq̄ hoc audiuit Neptunus quatiens terram,
 Perrexit ire inq; pugnam, & in strepitum hastarum.
 Iuit autem ubi Aeneas, & inclytus erat Achilles.
 Statim huic quidem postea in oculis fudit caliginem
 Pelidæ Achilli. hic autem fraxineam bene ferratam
 Scuto extraxit magnammi Aeneæ.
 Et hoc quidem ante pedes Achillis posuit.
 Aeneam autem ruere fecit à terra alte eleuans.
 Multas autē turmas heroum, multas autem & equorum
 Aeneas super saltauit Dei à manu ruens:
 Iuit autem in ultimam impetuosi belli,
 Vbi autem Caucones bellum ad armabantur.
 Hunc autem ualde propè uenit Neptunus quatiens terrā,
 Et ipsum uociferans uerba uelocia allocutus est.
 Aenea quis te sic Deorum tristem per sua sit
 Contra Achillem bellare & pugnare?
 Qui te simul melior, & dilectior immortalibus.
 Sed recede quando obuiaueris ipsi,
 Ne & præter fatum domum inferni ingrediaris.
 Sed postq̄ Achilles mortem & fatum affecutus fuerit,
 Audens autem postea cum primis pugnare.

Non quidē enim aliquis te alius Achiuorū interficiet.
Sic dicens reliquit illic postq̄ dixit omnia.

Statim autem postea Achillis ab oculis fugauit nebulā
Densam. hic autem postea ualde uidit oculis:

Egreferens autem dixit ad suum magnanimum animū.

Pape, certe magnum miraculum hoc oculis uideo:

Lancea quidem hæc iacet in terra, neq̄ uirum

Video, quem iaculatus sum interficere promptus:

Certe & Aeneas dilectus immortalibus Deis

Erat. sed ipsum dicebam uane sic gloriari.

Abierit, non ei animus me amplius tentare

Erit, qui & nunc fugit alacer à morte.

Sed age, iam Danaïs bellicosus imperans

Alios Troianos experiar contrarius iens.

Dixit, & in ordines saltauit. iussit autem uiro singulo.

Nequid nunc à Troianis proculstate diui Achiui.

Sed age uir cōtra uirum ito: promptus sit at̄ pugnare.

Difficile autem mihi est, & forti licet existenti,

Tot autem homines insequi & omnibus pugnare.

Neq̄ Mars qui Deus immortalis, neq̄ Minerua,

Tantæ autem pugnae insequeretur hos & laboraret.

Sed quantum quidē ego possum manibusq̄; pedibusq̄;

Et robore, nō me amplius dicto dimittere neq̄ minimū.

Sed ualde ad ordinem uado peritus: neq̄ aliquem puto

Troianorum lætari quicumq̄ propè hastam uenerit.

Sic fatus iricicans, Troianos autem illustris Hector

Iussit uocans (dixit autem ire contra Achillem)

Troiani magnanimi ne timete Achillem.

Etenim ego uerbis & immortalibus pugnarem:

Lancea autem difficile: quoniam longe fortiores sunt

Difficile ē
pugnare
cum mul-
tis uni.

Neq; Achilles omnibus perfectionem uerbis imponet.
 Sed hoc quidē perficiet, hoc autē imperfectum turbabit.
 Huic at ego cōtrarius uado et si igni manus similis eēt;
 Si igni manus similis esset, robur autem ardenti ferro.
 Sic dixit prouens. hi autē cōtrarij lāceas eleuauerunt
 Troiam, horū at simul mistū est robur, exortus ē at cla-
 Et tūc Hectora allocutus ē astās Phæbus Apollo. (mor.
 Hector nec adhuc oīno Achilli cōgrediare ī priapugna,
 Sed in multitudinem & à tumultu suscipiaris,
 Ne te uel iaculetur & propè ense uerberet.

Sic dixit. Hector autē rursus ingressus est globū uirorū
 Timens quando audiuit Dei uocem clamantis.

In at Achilles Troianos saltauit mētibus indutus fortitu
 Terribiliter clamās. primū at īterfecit Iphitiona (dinē
 Strenuum Otritidem multorum ductorem populorum;
 Quem nymp̄ha peperit Nais Otriteo urbium domitori
 Tmolō sub muoso Idæ in pingui populo.

Hunc autem rectā prōptū percussit lācea diuus Achilles
 Medium in caput quod ī duas partes totū diuisum est.
 Increpuit at cadēs. hic at cōtra gloriabat̄ diuus Achil
 Iaces Otritide omnium terribilissime uirorum. (les
 Hic autem tibi mors: genus autem tibi est in stagno
 Gygæo: ubi tibi templum patrium est
 Hyllo in pisculento, & hermo undoso.

Sic dixit iactabundus. hūc autē tenebra oculi cooperuit.

Hunc quidem Achiuorum equi retis contriuerunt
 Prima in acie. hic post ipsum Demoleonda
 Bonum adiutorem pugnae Antenoris filium
 Percussit in tempore galeam per ferream:
 Neq; utiq; ærea galea prohibuit. sed per ipsum

ff j

Hector
 ab Apol
 line d. ter
 retur ne
 cōgrediat̄
 cū Achilē
 le.

I L I A D I S

Cuspis iens rupit os. cerebrum autem
 Intus omne sparsum est. iter fecit autem ipsum proptum.
 Hippodamanti autem postea ab equis ruentem
 Ante se fugientem dorsum uulnerauit lancea.
 Sed hic animum spirauit, & mugiuit quando taurus
 Mugiebat tractus Heliconium circa regem,
 Inuembus trahentibus. gaudet autem his Neptunus.
 Sic igitur hunc mugientem reliquit ossa animus superbus.
 Sed hic iuit cum lancea in diuum Polydorum
 Priamidem. hunc autem non pater permisit pugnare:
 Quoniam ei inter filios nouissimus erat generatione;
 Et ei charissimus erat: pedibus autem omnes uincebat,
 Iam tunc infantis pedum uirtutem ostendens. (dit animum.
 Currebat inter primos pugnatore quousque dilectum prodi
 Hunc percussit medium iaculo pedibus uelox diuus Achilles
 Terga apud ruentis ubi balteum fibulae
 Aureae alligam, & duplex suspendebatur thorax.
 Contra autem transiuit per umbilicum lanceae cuspidis.
 In genu autem procubuit ingemens. nebula autem ipsum coopuit
 Nigra. ad se autem accepit uiscera manibus declinatus.
 Hector autem postquam cognouit fratrem Polydorum
 Viscera manibus tenentem cadentem ad terram,
 In eius oculis fusa est tenebra, neque tolerabili
 Diu longe uerti. sed contrarius uenit Achilli
 Acutam lanceam uibrans flammae simile. sed Achilles
 Postquam uidit ualde saltauit, & iactabundus uerbum dixit.
 Propere uir qui meum ualde intus comedit animum,
 Qui mihi amicum interfecit honoratum, neque item diu
 Mutuo formidamus in belli ponte.
 Dixit, & torue uidens allocutus est Hectora diuum.

Propè accede, ut celeriter mortis fines uenias.

Hūc nō timēs impterritus allocutus est bellicosus Hector.

Pelide ne me uerbis stultum tanquam

Speres terreri: quoniam manifeste noui & ipse

Et cauillationes & iniurias loqui.

Scio autem q̄ tu qdē fortis, ego autē te multo inferior.

Sed certe quidem hęc Deorum in genibus iacent:

Si te imbecillior existens animum auferre

Hasta percutiēs, quoniam & meum telum acutum ante.

Dixit, & uibrans præmittit lanceam, & hanc Minerva

Spiritu Achillis retro uertit glorioſi

Cito ualde frige faciēs. hęc autē retroiuit i Hectora diuū:

Ipsius autem ante pedes cecidit.

Sed Achilles promptus irruit interficere promptus

Horrendum clamans. hunc autem eripuit Apollo

Facile ualde tanquam Deus: operuit autē nebula multa.

Ter qdē postea irruit pedibus uelocibus diuus Achilles

Lancea ærea, ter autem nebulam uerberauit profundā.

Sed quando iam quarto irruit Deo similis

Grauiter clamans uerba uelocia allocutus est.

Extra rursus nunc fugisti mortem canis: certe te propè

Venit exitium: nūc rursus te liberabit Phæbus Apollo,

Quem debes precari iens in solitum iaculorum.

Certe diu te perficio & aliās obuians

Sicubi aliquis & mihi Deorum adiutor est.

Nunc autē alios Troianorū insequor quēcūq; inuenero.

Sic dicens Dryopem uulnerauit in cervice media iaculo:

Cecidit autem ante pedes. hic autem hunc qdē reliquit.

Demachum autem Philetoridem bonumq; magnumq;

In genu lancea percutiens detinuit. hunc quidē postea

Hector
cū Achille
cōgressus
ab Apolly
line mor
ei subtra
hitur.

Achilles
crepro si/
bi Hector/
re, cōplu
res alios
occidit.

Vulnerans ense magno abstulit animum.
 Sed hic Laogonum & Dardanum filios Biantis
 Ambos ruens ex equis impulit humum.
 Hunc quidē lācea pcutiēs, illū autē propē ense uerberās.
 Troianū at Alastoridē: hic qdē cōtrarius uenit ad ge
 Si aliquo modo pceret capiēns, & uiuū dimitteret (nua,
 Neq; interficeret coeuitatem miseratus.
 Stultus, neq; hoc sciuit quod non credi erat.
 (Non enim in aliquo benignus uir erat, neq; mitis
 Sed ualde ferox) hic quidem tetigit mambus genua
 Cupiens placare hic autē ense uulnerauit iecur.
 Extra at ei iecur lapsum est, & niger sanguis ex ipso
 Sinum impleuit. hunc autem tenebra in oculis coopuit
 Ammo indigentem. hic autem Muliū uulnerauit astās
 Lancea in aure; statim autem iuit per aurem alteram
 Cuspis ærea. hic autem Agenoris filium Echeclum
 Medio in capite ense percussit capulato.
 Totus autē calefactus est ensis sanguine. hūc at i oculis
 Accipit nigra mors & fatum potens.
 Deucaliona postea ubi continent nerui
 Cubitum; illic hunc dilectam per manū penetravit
 Cuspis ærea. hic at ipsum expectabat manū grauatus
 Ante uidens mortem. hic autē ense ceruicem uerberans
 Longe ipsi galeæ caput iecit, cerebrum rursus
 Internodijs spine exaltauit. hic at i terra iacuit extēsus.
 Sed hic perrexit ire in strenuum Pirei filium
 Rhigmum, qui è Thracia fertili profectus est.
 Hunc percussit medium telo, fixū est at in uētre ferrū.
 Decidit autem è curru. hic autem Areithoum seruum
 Retro equos uertentem in dorso acuta lancea.

Percussit: ab autem curru impulit, turbati sunt aut eius equi.
 Sicut autem promptus est profundas ualles magnus ignis
 Montis aridi, profunda autem comburitur sylua,
 Undique quatiens uentus flammam circumuoluit.
 Sic hic undique currebat cum lancea Deo similis
 Interfectos insequens. fluebat aut sanguine terra nigra.
 Sicut autem quando aliquis iunxit boues masculos late frontis
 Terere hordeum album bene edificata in area,
 Citoque tenuia fiunt bouum sub pedibus ualde mugientium.
 Sic sub Achille magnanimo unius unguis equi
 Calcabant simul mortuosque; et clypeos, sanguine aut axis
 Subter omni conquinatus est, et rotæ exites circa currum.
 Quas ab equorum unguibus guttæ spargebant,
 Quæque à ferro rotarum. hic aut cupiebat gloriâ accipere
 Pelides. cruore autem maculabat manus euitandas.

Cōpara-
tio ignis.

Cōpara-
tio. Poë.

ARGUMENTVM. Φ. Η Ο
 ΜΕΡΙΚΟΜΠΟΣΙ
 ΤΙΟΝΙΣ.

Troianis in duas diuisis partes, hos quidem in ciuitatem, illos autem in Scamadrum, Achilles impellebat: & duodecim iuuenes uiuos cepit in ultionez Patrocli. Ipse autem Lycaonem filium Priami, & Asteropeum interfecit. Postea fluuio inundante periclitantem ipsum saluat Vulcanus, comburens fluuium & campum. Post hæc Deorum pugna fit inter se. Achillem autem Apollo impedit Agenori assimilatus: & fugiens decipit, donec Troiani saluentur in ciuitatem.

ILIADIS
ILIADIS. Φ. HOMERI
COMPOSITIONIS.

Phi, bellum Aeacidæ apud littora fluij.

Xanthus
fluius a
Ioue ge-
nitus.



T quando ad transitum peruene-
runt lati fluij
Xanthi uorticosi, quem immortas
lis genuit Iupiter
Illic diuidens, hos quidem p came-
pum insequebatur

Ad ciuitatem, quâ alij trepidi fugerant
Die superiori, quando furebat illustris Hector,
Illac profundebantur fugientes. tenebram autem Iuno
Effudit ante densam inhibere. medij autem
In fluium uertuntur profundi fluxu argentei uorticis.
In at ceciderunt magno strepitu. resonuerunt at alta flueta
Rube ripæ at circû circa valde isonuerunt. hi at clamore
Ibant huc & illuc reuoluti per uorticæ.
Sicut autem quando sub iactu ignis locustæ pendent
Fugientes ad fluium. hoc at cõburit infatigabilis ignis
Motus repente, hæ autem cadunt in aquam.
Sic ab Achille Xanthi profundorum uorticum
Implebat fluctus resonans mixtim equorûq; & uirorû.
Sed hic magnanimus læcæa quidẽ reliquit illic in ripis,
Iacentem in myricis. ipse uero insilyt Deo similis
Ensem solum habens. mala aut mentibus cogitabat opa.
Verberabat at conuersim. horû at suspiriû mouebat in-
Ense uerberator, rubecebat at sanguine aqua. (decens
Sicut autem à delphino magno pisces alij

Compa-
ratio pi-
scium mi-
norum.

Fugientes implent cauernas portus benefacti
 Timemes (ualde enim deuorat quencunq; assequitur.)
 Sic Troiani fluuij in impetuosi fluentia
 Cadebāt in præcipitia. hic aut postq̄ defatigauit manus
 Viuos ex fluuio duodecim delegit iuuenes, (interficiens
 Pœnam Patrocli Menœtiadæ mortui.
 Hos eduxit foras stupefactos tanq̄ hinnulos,
 Ligauit autem à tergo manus honoratis uinculis,
 Quæ ipsi portabant in flexibilibus sagulis.
 Tradidit autem socijs deducere conciuas ad naues.
 Sed hic iterum irruit interficere promptus,
 Illic filio Priami obuiam factus est Dardanidæ
 Ex fluuio fugienti Lycaoni: hunc autem aliquando ipse
 Duxit, capiens ex patris terra non uolente
 Nocturnus procedens. hic autem caprifico ense æreo
 Incidebat nouos ramos, ut currus radij essent.
 Huic inopinatum malum venit diuinus Achilles.
 Et tunc quidē ipsum Lemnū beneædificatā transire fecit
 Nauibus ducens: sed filius Iasonis pretium dedit.
 Illinc autem amicus ipsum liberauit. multa autem dedit
 Imbrius Eetio: misit autem ad diuinam Arisbem.
 Hinc latenter fugiens paternam in domum,
 Vndecim autem dies animum delectatus est suis amicis,
 Veniens ex Lemno: duodecimo autem die ipsum rursus
 Manibus Achillis Deus iniecit, qui ipsū debebat (aliquis
 Mittere in inferni & non uolentem ire.
 Hunc aut postq̄ igit cognouit pedes uelox diuus Achilles.
 Nudum sine galeaq; & scuto, neq; habebat hastam.
 Sed hæc quidē retro oīa humū iecit: cōsumebat. n. sudor
 Fugientē ex fluuio, labor aut sub genua domauit.

Achilles
 mactat
 duodecim
 Troiāos,
 ut ulciscatur
 Patrocli
 defunctum

Lycaoni
 Priamū
 filius.

Egrefereus autem utiq; dixit ad suum ingenuū animū,
 Papē, certe magnum miraculum hoc oculis uideo,
 Certe ualde iā Troiani magnanimi, quos quis interfecit,
 Rursus resurgent à caligine obscura,
 Qualem iam & hic ueni fugiens sub crudelem diem,
 Lemnum in claram profectus: neq; ipsum detinuit
 Pontus maris albi, qui multos inuitos coërcet.
 Sed age iam & hastæ spiculum nostræ
 Gustet, ut uideam in mentibus & intelligam,
 An similiter & illinc ueniet, an ipsum retinebit
 Terra alma, quæ fortem quanuis coërcet.
 Sic mouebat manens. hic aut eum propè uenit trepidus
 Genua cōtingere promptus: ualde aut uolebat animo
 Effugere mortemq; malam & parcam nigram.
 Certe hic quidē lanceā longā eleuauit diuus Achilles
 Vulnerare prōptus. hic aut latēter cucurrit et accepit ge
 Declinans: hasta aut super dorsum in terra (nua
 Stetit prompta corporis faciāre uirilī.
 Sed hic altera quidem capiens supplicauit genua,
 Altera autem tenebat lanceam acutam, neq; dimittebat.
 Et ipsum precans uerba uelocia allocutus est.
 Oro te Achilles, tu autē me uenerare, & mei miserere.
 Coram te sum supplicator ē Iouenutrite uere condi.
 Apud enim te primum comedi cereris cibum
 Die quo, quando me cepisti bene ædificato in agro,
 Et me transtulisti procul ducens patreq; amicisq;
 Lemnum in claram: hecatombœum autem tibi inueni.
 Nunc autem soluam ter tot dans. dtes autem mihi est
 Hæc duodecima, quando in Ilium ueni
 Multa perpeffus: nunc autem me tuis in manibus posui

Fatum perniciosum. debeo odio esse Ioui patri,
 Qui me tibi iterum dedit, parui temporis aut me mater
 Peperit Laothoe filia Altæ senis,
 Altæ qui Lelegis bellicosis imperitat,
 Pedasum altam tenens sub Sarnionte.
 Huius autem habuit filiam Priamus, multas autem et alias.
 Ex hac autem duo nati sumus. tu autem ambos truncabis
 Certe hunc primos inter pedites domans
 Diuinum Polydorum, quoniam percussisti acuta læcea.
 Nunc autem iam hic mihi malum erit, non enim puto
 Tuas manus fugere, quoniam appropinquauit fatum.
 Aliud autem tibi dico, tu autem in mentibus pone tuis.
 Ne me interfice, quoniam non uterinus Hectoris sum,
 Qui tibi socium interemit mansuetumque; fortemque.
 Sic igitur ipsum Priami allocutus est illustris filius,
 Precans uerbis, immitem autem uocem audiuit.
 Stulte ne mihi dona dicas, neque concioneris.
 Ante quidem enim Patroclum assequi fatalem diem,
 Aliquod aliquid mihi misereri in mentibus dilectius fuit
 Troianorum, et multos uiuos cepi, et uendidi;
 Nunc autem non est qui mortem fugiat, quemcumque Deus
 Ilium ante meis in manibus ponet
 Omnium Troianorum, ualde autem rursus Priami filiorum.
 Sed amice morere, quid ingemis frustra?
 Occubuit et Patroclus qui te multo præstantior.
 Nonne uides qualis ego pulcherque; magnusque;
 Patris autem sum boni, Dea autem me peperit mater?
 Sed post et mihi mors et parca fortis
 Erit, uel Aurora, uel crepusculo, uel medio die,
 Quando aliquis et mei mars animum auferet.

I L I A D I S

Vel hic lancea percutiens uelâ neruis sagitta.
 Sic dixit. huius autem illic soluta sunt genua, & lectû cor,
 Lanceam quidē à se misit. hic autē sedit manus extēdēs
 Ambas, Achilles autem trahens ensem acutum
 Verberauit in coniunctura apud ceruicē: totus autē intrō
 Iuit ensis anceps. hic autem pronus in terra
 Iacet extensus: extra autem sanguis niger
 Fluebat: madefecit autem terram.
 Hūc autē Achilles in fluuiū capiēs ex pede misit portaris
 Et gloriatus uerba uelocia allocutus est.
 Istic nunc iaceas cum piscibus, qui tibi vulneris
 Sanguinem absorbeant incuratum, neq; te mater
 Imposita lectis de flebit: sed Scamander
 Portabit torrens intra maris latum sinum:
 Saltans aliquis in undam nigrum motum fugiet
 Piscis, qui comedet Lycæonis albam pinguedinem.
 Corrumpimini, donec ciuitatem capiamus Ilij sacrē
 Vos quidem fugientes, ego autem retro premens:
 Neq; uobis fluuius bene fluens altos uortices habens
 Iuuabit, cui iam diu multos sacrificatis tauros:
 Vinos autem in uorticibus dimittite solungulos equos.
 Sed sic peribitis mala morte, donec omnes
 Solueritis Patrocli cædem, & pestem Achiuorum,
 Quos in nauibus uelocibus interfecistis sine me.
 Sic dixit. fluuius autem indignatus est animo magis,
 Agitauit autem in animo, ut cessaret à labore
 Diuinum Achillem; Troianis autem pestem expelleret
 Interim autem Pelei filius tenens longam lanceam
 Asteropeum contra saltauit interficere promptus
 Filium Pelegonis, quem Axius latefluens
 Genuit & Peribœa Acesamēni filiarum

Antiquissima: huic autē mistus ē fluius pfundiuortias.

Huic Achilles irruit: hic autem cōtrarius ex fluuio

Stetit tenens duas lāceas: robur autē ei in mētibus posuit

Xanthus, quoniam iratus erat interfectis iuuenibus,

Quos Achilles interfecerat in fluctu, neq̄ misertus est.

Hi autem quando iam propē erant inter se euntes, (les.

Hūc prior allocutus est uelocibus pedibus diuus Achil-

Quis unde es uir orū, qui mihi audes contrarius uenire?

Infelicium autem filium me fortitudini obuiant.

Hunc autem rursus Pelegonis allocutus est illustris filius,

Pelide magnanime, cur generationem interrogas?

Sum ex Pæonia fertili longe existente,

Pæones uiros ducens longas lanceas habentes.

Hæc autem mihi nunc dies undecima, q̄n in Ilium ueni.

Sed mihi generatio ex Axio late fluente;

Axio, qui pulcherrimam aquam in terram mittit,

Qui genuit Pelegona inclytū lācea, hunc autē me dicūt

Genuisse. nunc autem pugnemus illustris Achilles.

Sic dixit iactabundus. hic autē eleuauit diuinus Achilles

Peliadem hastam. hic autem simul hastis ambabus

Heros Asteropeus (quia ambidexter

Erat) & altera quidē lancea scutū percussit, neq̄ totaliter

Rupit scutum (aurum enim prohibuit dona Dei.)

Altera autē ipsum in cubitū in superficie percussit in manu

Dextra. fluxit autem sanguis niger & super ipsius

Terra infirmata est cupiens corpus saturare.

Secundus rursus Achilles fraxineam rectā volentem

Asteropeo immisit interficere promptus.

Hoc quidem aberrauit. hic autem altam percussit ripā.

Ad medium autem posuit in ripa fraxineam lanceam.

Achilles
in Xantho
flu. pluri-
mos Tro-
ianos occi-
dit.

IL I A D I S

Pelides autem ensem acutum trahens à latere
 Saltauit in eum promptus. hic autem fraxineã Achilles
 Non poterat è ripa trahere manu forti;

Ter quidem ipsum appropinquauit trahere promptus,
 Ter autem dimisit uis quã to autem uoluit animo

Frangere inflectens lanceam fraxineam Aeacida.

Sed ante Achilles propè ense animum abstulit: (omnia

In uentre. n. ipsum uerberauit apud umbilicũ: extra aut

Fusa sunt humi intestina. hunc aut tenebra in oculis coo

Anhelantem. Achilles autè in pectoribus ruens (peruit

Armaq; expoliãuit, & gloriã abundus uerbum dixit.

Iace sic, difficile tibi ualde potentis Saturnij

Filijs contendere fluuiio ex nato.

Dicebas tu quidem fluuij genus esse late fluentis.

At ego generationem magni Iouis gloriã esse.

Genuit me uir multis imperitans Myrmidonibus

Peleus Aeacides. hic autem Aeacus ex Ioue fuit:

Ideo melior quidem Iupiter fluuijs in mare fluentibus:

Potentior autem rursus Iouis generatio fluuiio facta est.

Etenim tibi fluuius adest magnus, si potest aliquid

Iuuare. sed non est Ioui Saturnio pugnare:

Cui neq; Rex Acheloius æquatur,

Neq; profunde fluentis magna potentia Oceani,

Ex quo omnes fluuij & totum mare,

Et omnes fontes & putei profundi fluunt.

Sed & hic timet Iouis magnum fulmen

Graueq; tonitru, quando è cælo sonat.

Dixit certe, & ex ripa traxit æream lanceam.

Hunc autem illic reliquit postq; dilectum cor abstulit

Iacentem in harenis: abluabat autè ipsum magna aqua.

Hūc igitur quidē anguillēq; et pisces circūm sequebant
Pinguedinem comedentes iecur incidentes.

Sed hic contendit persequi ad Pœones equites,

Qui adhuc apud flunium fugiebant uorticosum,

Postq̄ uiderunt optimum in forti pugna

Manibus sub Pelidæ & ense fortiter interfectum.

Tunc interfecit Thersilochumq; Mylonaq; Astypylūq;

Mnesumq; Thrasiumq; & Aenium, & Ophelestem.

Et item plures interemisset Aeoles uelox Achilles,

Nisi iratus allocutus fuisset fluius profundi uorticis,

Viro similis. profundo autem locutus est uortice.

O Achilles ualde quidē potens es. ualde autē indigna facis

Virorum, semper enim tibi auxiliantur Dei ipsi.

Siquidem tibi Troianos dedit Saturni filius oēs p̄dere,

Ex me expellens campum in cogitata fac,

Implentur enim iam mihi mortuorum amica fluentia,

Neq; āplius possum profundere fluxū in mare humidū

Strictus mortuis. tu autem interficis perniciose.

Sed age iā et desiste, stupor me habet p̄iceps populorū.

Hunc autē respondens allocutus est pedibus uelox Achilles

Erunt hæc Scamandre diuine sicut tu iubes.

Troianos autem non ante desinam interficiens

Quām impellere ad ciuitatem & Hectora tentare

Contra, uel me interficiet, uel ego ipsum.

Sic dicens Troianis irruit demoni similis.

Et tunc Apollinem allocutus est fluius profundi uorticis

O amice arcitenens Iouis filij non tu consilia

Obseruasti Saturnij, qui ualde multa iussit

Troianis astare & auxiliari, donec ueniret

Crepusculū sero ingrediens obūbrare & fertilē agrum.

Xanthus
flu. Achil-
lem allo-
quitur.

Achillis
ad Xan-
thū flu.
respōdit.

Xanthus
flu. Achil
lis cona/
tibus ob/
stat.

Dixit & Achilles quidem lancea in clytus insilijt medio
Ripa à ruens. hic autē contramotusest unda festinans.
Omnia autē mouit fluenti turbatus. abiecit autē mortuos
Multos, qui in ipso abūde erant, quos interfecerat Achil
Hos eiecit foras mugiens tanq̄ taurus, (les.
In terram. uiuos autem saluauit in pulchris fluentis
Occultans in uorticibus profundis magnis.
Grauem autem circum Achillem uoluta stabat unda.
Impellebat autem in scutum cadens fluctus, neq̄ pedibus
Poterat firmare. hic autem ulmum accepit manibus
Virentem magnam, hæc à radicibus cadens
Ripam omnem dispulit. detinuit autem pulchra fluenti
Ramis densis. ponte iunxit illam ipsam
Intus tota cadens. hic autem ex stagno ruens
Ruebat in campū pedibus uelocibus uolare (cōtra ipsū
Timens. neq̄ a plius cessauit magnus Deus: motus est autē
In summitate nigrescens, ut ipsum cessare faceret à labore
Diuinum Achillem: Troianis autem pestem expelleret.
Pelides autem longe ruit quantumq̄; est lanceę iactus
Aquilę uiasq̄; tenens nigre uenaticę
Queq̄; simul fortissimaq̄; & uelocissima alitum
Huic similis ruit. in pectoribus autem æs
Terribiliter insonuit: oblique autem ab hoc declinans
Fugiebat. hic at à tergo fluens sequebat̄ magno strepitu.
Sicut autem quando uir irrigator à fonte nigre aque
Plantas & hortos aque fluxum ducit
Manibus ligonem habens riuo ex obices iaciens.
Hoc quidemq̄; profluente ab calculi omnes
Turbantur. hæc autem cito defluens resonat
Loco in alto. pręuenit autem & ducentem.

Sic semper

Compa)
ratio riuī
qui i hor
tū dedu/
citur.

Sic semper Achillem premebat unda fluxus

Et celerem existentem. DE I autem potentiores uiris.

Quoties autē parabat pedibus uelox diuus Achilles

Stare contra, & intelligere si ipsum omnes

Immortales terrerent, qui cœlum latum habitant;

Toties magna unda limpidi fluminis

Inuadebat humeros de super: hic autē in altū pedibus sal

Animo tristans: fluuius autē genua q̄; domabat (tauit

Vehemēs oblique fluens: solū at̄ subtrahebat pedibus.

Pelides autem ingemuit aspiciens cœlum latum.

Iūpiter pater quō nullus me Deorum miserabilē sustinet

Ex fluuio saluare: postea autem & quid patiar.

Alius autē nullus mihi tantum causa cœlestium.

Sed dilecta mater quæ me mendacijs decepit,

Quæ me dicebat Troianorum sub muro armatorum

Velocibus perire Apollinis telis,

Vt me deberet Hector interficere, qui hic nutritus est;

Ideo fortis quidem interficeret, fortem autē expoliaret.

Nunc autē me molesta morte fatatum est capi

Detentum in magno fluuio tanq̄ filium bubulcum,

Quem torrens necat hyeme transeunte.

Sic dixit. huic autem ualde cito Neptunus & Minerua

Steterūt prop̄ueniētes; corpore autē uiris similes erāt.

Manu at̄ manū accipiētes ultro citroq̄; fidē dederūt uer-

His autem uerbis incepit Neptunus quatiē terrā. (bis.

Pelide ne ualde trepida, neq; time.

Tales enim tibi nos Deorum auxiliares sumus,

Ioue consentiente, ego & Pallas Minerua.

Vt non tibi fluuio mori fatatum est.

Sed hic quidem cito quiescet: tu autem uidebis ipse.

Sed te prudenter admonebimus, si credis
 Non ante cessare manus æquali bello
 Quàm ad Ilium inclytos muros populum impellere
 Troicum, qui fugiat. tu autem Hectori animū auferens
 Statim ad naues uade: damus aut tibi gloriā accipere.
 Hi quidem igitur sic dicentes ad immortales abierunt.
 At hic iuit. ualde enim Deorū cōmouit præceptum
 In campum. hic autem totus plenus erat aqua effusa.
 Multa autem arma pulchra intersectorum iuuenum
 Fluitabant & mortui. huius autem alte genua
 Ante fluxum fluētis in reētitudinē: neq; ipsum retinuit.
 Late fluens fluuius: magnā. n. potētia iniecit Minerua.
 Neq; Scamander desuiit suam fortitudinem, sed āplius
 Iratus est Pelidæ: armauit autem undā fluctus (magis
 In altum eleuatus, Simoenti autem iussit clamans.
 Dilecte frater fortitudinem uiri ambo
 Impediamus: qm̄ cito ciuitatem magnā Priami regis
 Destruet, Troiani autem in pugna non manent.
 Sed auxiliare uelocissime, & imple fluenta
 Aqua ex fontibus, omnes autem moue torrentes;
 Statue autem magnā undā, multum at fragorē excita
 Arborum & lapidum, ut impediamus uirum,
 Qui iam nunc ualet: audet autem paria Deis.
 Cōfirmo enim, neq; uires opitulari, neq; aliquā speciē,
 Neq; arma pulchra, quæ ualde in ultimo portu
 Iacent sub luto operta. secundum autem ipsum
 Voluam harenis abunde luti circumfundens
 Multum, neq; eius ossa suprastabunt Achiui
 Colligere: tantam colluuiem desuper operiam:
 Illic ei sepulchrum factum erit, neq; amplius ei opus

Xanthus
 Simoēta
 & ipsum
 flu. inuo/
 cat, ut ad/
 sic sibi in
 opprimē/
 do Achil
 le.

Erit monumentum, quando ipsum sepelient Achiui.
 Dixit & irruit Achilli iratus in altum furens,
 Murmurans spumaq; & sanguine & mortuis.
 Nigra autem unda à Ioue fluentis fluuij
 Stare fecit eleuata. in autem fluebat Pelidem.
 Iuno autem ualde clamauit ualde timens Achilli,
 Ne ipsum necaret magnus fluuius profundiuorticis.
 Statim autem Vulcanum allocuta est dilectum filium.
 Mouere claude mi fili, contra te enim
 Xanthum uiolenti pugna cogitamus esse.
 Sed auxiliare citissime, accende autem flammam multam.
 Sed ego Zephyri & procellosi Noti
 Ibo è mari immensam excitatura procellam,
 Quæ Troianorum capita & arma comburat,
 Incendium graue ferens. tu autem Xanthi apud ripas
 Arbores combure, inq; ipsum mitte igne, neq; te prorsus
 Dulcibus uerbis auertat & minis.
 Non autem ante cohibeas tuas uires. sed quando iam
 Loquar ego clamans: tunc tene urentem ignem.
 Sic dixit, Vulcanus autem extendit urentem ignem.
 Primū quidē in cāpo ignē urebat. cōbussit at mortuos
 Multos q in ipso abūde erāt, quos iterfecerat Achilles.
 Omnis at siccatus est cāpus. retenta est autē clara aqua.
 Sicut autē qñ autumnalis borea nuper irrigat agrum,
 Statim siccauit: gaudet aut ipsum q̄cunq; habet cultum.
 Sic exsiccatus campus omnis igitur mortuos
 Comburebat. hic aut in fluuiū uertit flammam lucidā.
 Vrebantur ulmiq; & populi & myrice,
 Comburebat autem Lotusq;, & Thryon, & Cypissus,
 Quæ circum pulchra fluēta abunde fluuij orta erant.

Iuno Vul
 canū exci
 tat ad sub
 ueniēduz
 Achilli.

Vulcan⁹
 Xanthum
 cōpescit,
 ne perfe
 qui p̄gat
 Achilles.

Consumebatur anguillæq; & pisces, quæ in uorticibus,
 Quæ in pulchris fluentis natabant huc & illuc,
 Spiritu consumpti sapientis Vulcani.

Cōburebat autē uis fluuij. uerbumq; dixit, & noiauit.
 Vulcane nullus tibi Deorum potest adequari,

Neq; ego tibi sic igne flagranti pugnarem,
 Desine à cōtētiōe. Troianos at & statim diuus Achilles

Ex ciuitate psequat. quid mihi contentionis & auxilij?
 Dixit igne æstiuans. in autem feruebant pulchra fluēta.

Sicut autem lebes feruet intus sollicitatus igne multo
 Adipe liquefactus saginati porci,

Vndiq; erecte: sub autem ligna sicca iacent.

Sic huius pulchra fluēta igne urebant. feruebat at aqua.

Neq; uolebat profluere, sed tenebat. cōsumebat at aura
 Vulcani ui multum prudentis. sed hic Iunonem

Multum precans uerba uelocia allocutus est.

Iuno cur tuus filius meum fluxum ruit torquere:

Xanthus
 flu. Iuno
 ni suppli
 cat.

Ex alijs non quidem ego tantum tibi causa sum,

Quantum alij omnes quicunq; Troianis auxiliares.

Sed certe quidem ego desistam si tu iusseris.

Quiescat autem & hic. ego autem & hoc iuro

Nunq; à Troianis expellere malum diem.

Neq; quādo Troia combustiua igne tota combureretur

Accensa: urent autem bellicosi filij Achiuorum.

At postq; hoc audiuit Dea albasulnashabens Iuno,

Statim Vulcanum allocuta est suum filium.

Vulcane abstine fili ualde inclyte, non enim decet

Immortalem Deum sic mortaliū gratia perturbari.

Sic dixit. Vulcanus autē extinxit combustiuum ignem.

Retroflua autem unda in ruit pulchra fluēta.

At postq̄ Xanthi domita est uiolentia, hi quidem postea
Cessarunt. Iuno enim prohibuit irata quamuis.

In autem alijs Deis contentio cecidit grauis,
Difficilis. dupliciter at̄ ipsis in mentibus aīus spirabat.

Concurrerunt aut̄ magno strepitu. sonuit at̄ lata terra.

Circū autem sonuit magnū cœlum: audiuit at̄ Iupiter

Sedens olympto. risit autem ei dilectum cor

Lætitia, q̄ uidebat Deos contentione congregientes.

Tunc hi non amplius diu abstinuerunt. incepit. n. Mars

Clypeum concutiens: & primus Mineruæ irruit

Aeream lanceā habens, & opprobriosum dixit uerbū.

Cur rursus ō impudētissima Deos cōtentione prouocas

Audaciam spirabile habēs: magnus autē te aīus psuasit.

An non recordaris quādo Tydidem Diomedē psuasisti

Vulnerare: ipse at̄ in omniū conspectū lanceā accipiens

Rectā me impulisti: per autē corpus pulchrū sautiasti.

Ideo te rursus nūc puto exoluere quæcūq̄ mihi fecisti.

Sic dicens uulnerauit in clypeum angulosum

Tremebundum, quem neq̄ Iouis scidisset fulmen.

Illic ipsum Mars uulnerauit homicida lancea longa.

Hæc autem retro cedens lapidem accepit manu forti

Iacentem in campo nigrum, asperumq̄; magnumq̄;

Quem uiri priores posuerunt esse terminum agri.

Hoc percussit bellicosū Martē sm̄ ceruicē: soluit at̄ genua

Septē aut̄ detinuit iugera cadens. puluere at̄ impleuit cri

Armaq̄; arcū sonuerunt, risit at̄ Pallas Minerua. (nes.

Et eum gloriabunda uerba uelocia allocuta est.

Stulte neq̄ aliquo modo nosti quanto melior.

Glorior ego esse quod̄ mihi fortitudinem æquiperas.

Sic matris furias exolues

Deorum
iter se pu
gna & cō
flictus.

Martis et
Minerue
congreg
fus.

Pallas
Martem
vincit.

Quæ irata mala consuluit: quoniam Achiuos
Reliquisti: sed Troianis periuris auxiliaris.

Sic igitur uosiferans retro conuertit oculos nitidos,
Hunc autē ducebat manu capiens Iouis filia Venus
Frequēter ualde suspiratē. uix at̄ itus p̄gregauit āum.
Hanc aut̄ postq̄ igit̄ cognouit Dea albasulnashns Iuno,
Statim Mineruam uerba uelocia allocuta est.
Papē Aegiochi Iouis filia infatigabilis
Et autem rursus canna musca ducit pernitiosum Martē
Combustiuo ex bello per tumultū. sed accede.

Sic dixit. Minerua autem irruit. lætata est autē animo.
Et iniens ad pectora manu forti
Impulit. huius at̄ illic soluta sum genua et dilectū cor.
Hi quidem igitur ambo iacuerē in solo uiridi.
Hæc autem gloriāns uerba uelocia dixit.

Tales nunc omnes quicunq̄ Troiani auxiliares
Sim, quando Argiuis pugnabunt armatis;
Sicq̄ audaces & tolerantes sicut Venus
Venit Marti auxiliatrix, meæ fortitudini obuians.
Hoc iam pridem nos quieuissemus bello
Ilij destruentes munitissimam urbem.

Sic dixit. risit autem Dea albasulnashabens Iuno.
Sed Apollinē allocutus est Rex quatiens terram.
Phæbe cur iam nos separati sumus, neq̄ decet
Incipientibus socijs. hoc quidē ualde turpe si sine pugna
Iuinus in cælum ad æream domum.
Incipe, tu autem generatione iunior: non enim mihi
Honestum: quoniam prior natus sum, & plura noui.
Stulte sic sine mente quod habes, neq̄ horum
Recordari quæcunq̄ iam passi sumus mala Ilium circa

Pallas Ve
nerez hu/
mi ser/
nit.

Nepton
Apollinē
affatur,

Soli nunc Deorum, quando superbo Laomedonti

A Ioue uenientes seruiuimus in annum

Mercede indicta. hic autem significans iussit

Vel ego Troianis ciuitatem circa murum ædificauit,

Latūq; & ualde pulchrū, ut inexpugnabilis ciuitas eēt,

Phœbe, tu aut errabundas & curuas boues paviſti,

Idæ in radicibus iugosæ, syluosæ.

Sed qñ iam mercedis fidem multum ædificantes horæ

Attulerunt, tunc nos uiolauit mercedem omnem

Laomedon terribilis, minas autem dimiſit,

Tibi quidem hic minatus est pedes & manus super

Ligare, & ire facere inſulas in longinquas.

Promiſit autem hic amborū incidere aures ære.

Nos autē retro gradi iuimus irato animo

Mercedem irati quam promittens non perfecit:

Hoc iam nunc populis refers gratiam, neq; nobiſcum

Conaris, ut Troiani ſuperbi pereant

Omnino male cum filijs & pudicis uxoribus.

Hunc autem rursus allocutus est rex arctenenſis Apollo.

Neptune non me ſapientem diceres

Esſe, ſi iam tibi hominum gratia certauero

Miſerorum, qui folijs ſimiles aliquando quidem

Florentes ſunt terræ fructum comedentes;

Aliqñ autē rursus corrūpuntur imbecilles. ſed citiſſime

Deſiſtamus à pugna, hi autem ipſi pugnent.

Sic igitur uociſerans retro uerſus eſt.

Verebatur enim patruo miſceri in manibus.

Hunc autem ſoror ualde uituperauit caſta ferarum

Diana uenatrix, & uituperosum dixit uerbum.

Fugis autem Arctenenſis, Neptuneo autem uictoriam

Omnem concedis, uanam at ei gloriam dediſti.

Muri troiani a quibus extructi.

Apollo boues Laomedontis pascit.

Laomedontis perfidia.

Apollo cū Neptune in ſingulari certamine proſtreſcit.

Apollo a Diana reprobatus nihil reſpondet.

Stulte cur arcum habes uanum inaniter?

Non te nūc amplius patris in domibus audiā gloriātē,
Sicut antea in immortalibus Deis

Contra Neptunum contrarium pugnare.

Sic dixit. hanc autē nō allocutus est lōge iaculans Apollo.

Sed irata Iouis uenerabilis uxor.

Increpabat sagitta lætāntem opprobriosis uerbis.

Quō at tu nunc prompta es canis intrepida contra me
Stare? difficilis ego fortitudine contra ferri

Arcum ferenti existenti, quomam te leonē mulieribus

Iupiter fecit, & dedit interficere quamuis.

Profecto melius est per montes feras interficere,

Agrestesq; ceras, quā cum mulieribus fortiter pu-

Si uis pugnam scire, ut bene scias (gnare.

Quanto fortior sim, quōd mihi fortitudinē æquiperas.

Dixit, & ambas in palma manus accepit

Sinistra, dextra autem ab humeris abstulit arcus.

Ipsis autem uerberauit aures ridens

Retro uersam, citæ autem exciderunt sagittæ.

Lachrymans autem postea Dea fugit tanquā columba,

Quæq; ab accipitre caua intrauolauit petra

Remota (neq; illic capi fatatum erat.)

Sic hæc lachrymans fugit, reliquit autem illic arcus.

Latōnam at allocutus est Iouis nuncius Argineator.

Latona ego autem non tibi pugnabo. difficile autem

Pugnare uxoribus Iouis nubiferi.

Sed ualde prompta contra immortales Deos

Gloriari me superare fortitudineq; uiq;.

Sic dixit. Latona autem collegit curuos arcus

Sparfos alibi alios in conuersione pulueris.

Mercuri^o
Deorum
nuncius
Latona^z
alloquit.

Hęc quidem arcus capiēns iterum iuit ad filiam suam.
 Hęc autem ad Olympum iuerat Iouis ad cęream domũ.
 Lachrymans autem patris insedit genibus puella.
 Circũm autē incorruptibile peplũ mouebat. hęc autē ad se
 Accępit pater Saturnides, et iterrogauit suauiter ridēs.
 Quis tibi talia fecit dilecta filia cęlestium
 Ab re tanq̃ siquid malum facientem palam?
 Hunc autem rursus allocutus est bene coronata eiulans.
 Tua me vxor uerberauit pater albasulnaashabens Iuno:
 Ex qua immortales contentio & lis interexarsit.
 Sic hi. quidem talia inter se colloquebantur.
 Sed Apollo Phębus petijt Ilium sacrum.
 Curę erat enim ei murus beneędificatę ciuitatis,
 Ne Danaï occuparent pręter fatum die illo.
 Hi autem alij ad Olympum Dei semper existentes.
 Hi quidem irati, hi autem ualde exultantes.
 Desederunt autem apud patrem nubiferum. sed Achilles
 Troianos simul ipsos persequebat, & solungulos equos.
 Sicut autem quando fumus iens in cęelum latum puenit
 Vrbe ardente: Deorum autem ipsum ira misit:
 Omnibus autē posuit laborę, multis autē tristitias immisit.
 Sic Achilles Troianis laborem & curam posuit.
 Stabat autem senex Priamus grandem super turrim,
 Prospexit autem Achillem magnum. sed ab ipso
 Troiani statim turbabant fugientes, neq̃ aliqua fortitu-
 Erat. hic autē ingemens à turri descendit in terrā, (do
 Concitans apud murum ualde inclytos ianitores
 Apertas in manibus portas habentes, donec populi
 Venient ad ciuitatem fugientes. certe enim Achilles
 Propę hic perturbans nunc puto clades fore

Cōpara-
 tio fumĩ

Priamus
 in miran-
 da turri
 Achilles
 p̃spectat

Sed postq̄ ad murum respirauerit fugientes
 Iterum in post ponere postes bene compactos.
 Timeo enim ne perniciosus uir in murum irrumpat.
 Sic dixit. hi ascenderuntq; portas & expulerunt seras.
 Hæ autem aperte fecerunt lumen. sed Apollo
 Obuius exiliuit Troianorum ut exitium expelleret.
 Hi autem rectâ ad ciuitatem & murum altum
 Siti aridi, puluere pleni, ex campo (ei cor
 Fugiebant. hic aut̄ formidolose sequebat læcea, rabiēs at̄
 Semper habebat fortis: proptus erat aut̄ gloriâ capere.
 Tunc altarū portarum Troiam cepissent filij Achiuorū,
 Nisi Apollo Phœbus Agenorem misisset,
 Virum Antenoris filium strenuumq; fortemq; :
 In quidem eius corde audaciam iecit. apud aut̄ eum ipse
 Stetit, ut mortis graues manus propelleret,
 Fago innixus: opertus erat autem caligine multa.
 Sed hic postq̄ cognouit Achillem urbium expugnatorē,
 Stetit: multa autem ei cor cogitauit manenti.
 Dolens autem igitur dixit ad suum uirilem animum.
 Heu ego siquidem à forti Achille
 Fugiam, quâ alij fugiunt,
 Capiet me, & tanquam imbecilli collum amputabit.
 Si autem ego hos quidem perturbari sinam
 Pelide Achilli; pedibus autem à muro alio
 Fugiam ad campum Troianum, ut eam
 Idæq; adq; densas syluas ingrediar.
 Hesperus autem postea lotus flunio
 Sudorem refrigeratus ad Ilium redibo.
 Sed cur mihi hæc dilectus disputauit animus?
 Ne me eleuatum ciuitatis campo intelligat,

Apollo
Agenorē
liberat ne
occidatur

Percusso, neq; peruasit. Dei autem prohibuerunt dona.
Pelides autem inuadit Agenorem diuinum
Secundus. neq; sinit Apollo gloriam accipere.
Sed ipsum eripuit. operuit caligine multa.
Tacitum autem ipsum à certamine dimisit ire.
Sed hic Pelidem dolo auertit à populo.
Ipsi enim Apollo Agenori omnia similis
Stetit ante pedes. hic autem irruit pedibus persequi
Quousq; hic hunc per campum persequeretur fœcundiū
Vertens ad fluuium uorticofum Scamandrum
Lente fugientem: dolo enim delectabatur Apollo.
Sic semper sperabat assequi pedibus suis.
Interim alij Troiani formidantes uenerunt multitudine
Alacres ad ciuitatē. ciuitas autē implebatur reuertētibz.
Neq; sustinuerunt ciuitatem & murum extra
Expectare inter se, & cognoscere quiq; fugeret,
Quiq; occubisset bello. sed libenter infundebantur
In ciuitatē quęcunq; horū pedes & genua saluauerant.

Troiani
in urbes
se recipi
unt præ
metu.

ARGUMENTVM. X. HO-
MERI COMPOSI-
TIONIS.

TROIANIS inclusis in ciuitate solus Hector expectās
Achillem, primum quidem fugit, postea autē con-
tra stat, Minerua ipsi suadente, & interficitur: suspen-
dens autem ipsum in curru Achilles per campum in
nauale trahit. Hi autem in ciuitate lugent hæc vidētes
Inclusi.

Chi aut, ter circa murū ducēs interfeāt Hectorē Achilles.



ic hi quidem in urbem fugientes
tanquam hinnuli
Sudorem siccabant; bibebantq; , se-
dabantq; sitim
Incumbentes pulchris propugnacu-
lis. sed Achiui

Cōpara-
tio hinnu-
lorum.

Murum propè ibant clypeos humeris inclinantes.

Hector autem ibi manere exitiosum fatum ligauit

Ily ante portasq; Sceasq; .

Sed Pelidem allocutus est Phœbus Apollo .

Cur me Pelei fili pedibus uelocibus insectaris ,

Ipse mortalis existens Deum immortalem? neq; dum me
Intellexisti quòd Deus sum. tu autem funditus irasceris.

An tibi nullo mō est curę Troianorū labor quos fugasti,
Qui iam in urbem reuerterunt; tu autem huc diuertisti:

Non tamen me interficies, quoniam non fatalis sum.

Hunc aut ualde indignabundus allocutus ē pedibus uelox

Lesisti me Apollo Deorū pniciosissime omniū (Achilles

Huc nunc uertisti à muro ubi adhuc multi

Terram mordicus accepiissent ante Ilium intrare.

Nunc autē me magna gloria priuasti: hos autem saluasti

Facile, quoniam non ultionem formidabas in futurum,

Qua te punirem si mihi potestas adesset .

Sic dicens ad ciuitatem ualde cogitans iuit

Ruens. sicut autem equus uictor eum curribus

Apollo
ad Achil-
lem se p/
sequente.

Achilles
Apollinē
uocat per
niciosissi-
mū deo-
rum.

Compa-
ratio eg-

Qui facile ruit extensus campo.
 Sic Achilles celeriter pedes & genua mouebat.
 Hunc autem senex Priamus primus uidit oculis
 Undiq; fulgentem; sicutq; stellam irruentem campo.
 Quæ autumno uadit; manifesti autē eius splendores
 Apparent multa inter astra noctis medio.
 Quenq; canem Orionis cognomine uocant
 Splendidissima quidē hæc est; malū autē signū facta est,
 Et fert multam febrem timidis mortalibus.
 Sic huius æs splendebat circa pectora currentis.
 Ingemuit autem senex, caput autē hic pulsabat manibus,
 In altum eleuatus. ualde autem ingemens ibat
 Precans dilectum filium. hic autem ante portas
 Stabat insatiabiliter promptus Achilli pugnare.
 Hunc autē senex miserabilia allocutus est manus extēdēs
 Hector ne mihi expecta dilecte fili uirum hunc
 Solus sine alijs, ut non cito mortem assequaris
 Ab Achille interfectus, quoniam multo fortior est
 Impius: utinam Djs charus tantum esset,
 Quantum mihi, cito eum canes & uultures comederene
 Iacentem: certe mihi grauis curarum dolor abscederet:
 Qui mihi filiorū multorūq; & fortū priuationē posuit
 Interficiens, & mittens in insulas inlonginquas.
 Etenim nunc duos filios Lycaonem & Polydorum
 Non possum uidere Troianorum in ciuitatē reuertētū,
 Quos mihi Laothoe peperit Regina mulierum.
 Sed siquidem uiuunt in exercitu, certe postea
 Aereq; auroq; liberabimus. est enim intus,
 Multa enim dedit filię senex nomine inclytus Altes.
 Si autem iam mortui sunt, & in Platonis domibus,

Compa
 ratio au
 tumnali
 Bellæ.

Hectori
 neq; a pa
 tre, neq;
 a matre.
 psuaderi
 pot, quo
 minus cū
 Achille
 pgre diat.

Achille
 Apollo
 nocte
 Machi
 uosb
 m.

Compa
 ratio

Dolor meo animoq; & matri, qui genuimus.
 Populis autem alijs remissior dolor
 Erit, si non moriaris Achilli interfectus.
 Sed intra murum mi fili, ut salues
 Troianos, & Troianas: ne autem magnā gloriā prebeas
 Pelide; ipse autem dilecta uita priueris.
 Ante autem mei miseri adhuc sapientis miserere
 Infelicis, quem pater Saturnides in senectutis uia
 Fata in graui corrumpet, multa mala inspicientem,
 Filiosq; interemptos, raptasq; filias,
 Et thalamos prostratos, & infantes filios
 Proiectos ad terram in graui pugna:
 Tractasq; nurus pernitiosis à manibus Achiuorum.
 Ipsum autem ultimum me canes primis ianuis
 Sæui lacerent, postq; aliquis acuto ære
 Verberans, uel percutiens mēbris ex animum capiat.
 Quos nutriui domibus conuiuas ianitores
 Qui meū sanguinem bibentes superbientes circa animū
 Iacebunt in uestibulis. iuueni autem omnia conuenit
 Bello interfecto scisso acuto ære
 Iacere. omnia autē pulchra mortuo quodcūq; apparet.
 Sed quando iam canum caput, canamq; barbam
 Pudore deturpant canes interempti semis,
 Hoc iam miserrimum est miseris hominibus.
 Dixit senex, canos autē supra capillos traherat manibus
 Euellens è capite, neq; Hectori animum persuasit.
 Mater autē rursus ex altera parte lugebat lachrymans,
 Sinum denudans, alteram mamillam eleuauit:
 Et ipsum lachrymans uerba uelocia allocuta est.
 Hector fili mi hæc uerere & miserere

Hecuba
 ostendans
 filio ma-
 millā, ro-
 gat ut ab
 Achille
 scedat.

Ipsius si unquam tibi obliuiosam mamillam tenui,
 Horum recordare dilecte fili: fugit autem bellicosum uirum
 Mœnia intra iens: neque primus sies huic.
 Misera si te interemerit, non te ego
 Plorabo in feretro dilectum germen quem peperit ipsa,
 Neque uxor ditissima. procul autem te nobis
 Arguorum apud naues canes ueloces comedent.
 Sic hi plorantes alloquebantur dilectum filium
 Multa precantes, neque Hectori animum persuaferunt.
 Sed hic expectabat Achillem magnum cito uenientem.
 Sicut autem draco in cubili montanus uirum expectat
 Pastus mala uenena. intrauit autem ipsum ira grauis:
 Torue autem uidet uolutus circa cubile.
 Sic Hector inextinguibile habens robur non cedebat
 Turri in ante habenti lucidum clypeum firmans.
 Indignabundus autem dixit ad suum sirenum animu,
 Hei mihi siquidem portas et muros intrabo
 Polydamas mihi primus reprehensionem faciet,
 Qui me consulebat Troianis ad ciuitatem ducem esse
 Nocte sub hanc exitiosam: quoniam motus est diuus Achilles.
 Sed ego non obediui, certe multo melius fuisset.
 Nunc autem postquam amisi populum stultitibus meis,
 Verecundor Troianos, et Troianas trahentes longas uestes,
 Ne quando aliquis dicat imbecillior alius me.
 Hector certe uiribus fretus perdidit populum.
 Sic dicet: mihi autem tunc melius esset
 Contra uel Achillem interficientem ire,
 Vel ab ipso interfici gloriose pro patria.
 Age scutum in deponam umbiculosum
 Et galeam fortem, hastam autem ad murum firmans
 Ipse iens

Comp/ ratio in
 tani dra/ sonis.

Ipse iens Achilli strenuo contrarius ibo,
 Et ei promittam & possessiones cum ipsa,
 Omnia ualde quæcunq; Alexander cõcauis in nauibus
 Duxit ad Troiam, quæ fuit belli initium,
 Dare Atridis ducere, simulq; separatim Achiuis
 Alia diuidere quæcunq;, quæ ciuitas hæc occultat.
 Troianis at rursus postea iuramentũ honorabile capio
 Non occultare. sed bisferiam omnia diuidere
 Possessionem quãcunq; urbs optabilem intus continet.
 Sed cur mihi hæc dilectus disserit animus,
 Non ipsum ego qdẽ uadã iens. hic at mei nõ miserebit
 Neq; aliquid me uerebit. iterficiet at me nudũ existẽtẽ
 Temere ut fœminam, postq; arma exuerem.
 Non quidẽ aliquo modo nunc est à quercu, neq; à petra
 Huic loqui tanq; uirgo adolescensq;;
 Virgo adolescensq; effœminate loquuntur inter se.
 Melius rursus contentione confligere ut quamprimum
 Videamus utri cœlestis gloriam præbeat.
 Sic mouebat expectans. hic at ipsum propè uenit Achil
 Similis Marti galeato bellatori, (les
 Vibrans Peliam hastam in dextro humero
 Grauem. circum at æs splendebat simile splendori
 Vel ignis ardentis, uel solis ascendentis.
 Hectora at postq; cognouit cepit timor, neq; tolerauit
 Illic manere: retro aut portas liquit: iuit autem timens.
 Pelides autem irruit pedibus celeribus fretus
 Veluti accipiter in montibus leuissimus auium
 Facile uadit in timidam columbam
 Hæc ex obliquo fugit. hic autẽ de propè argute uocans
 Frequenter irruit: capereq; ipsam animus persuadet.

Home. Ilias.

hh

Hector
 ab Achil
 le fugat.

I L I A D I S

Sic hic promptus recta uolabat. fugiebat autem Hector
 Murum sub Troianorum: uelocia autem genua mouebat.
 Hi autem apud speculam & caprificum uentosam
 Murum semper ultra in uia ruebant,
 Fluentem autem deuenerunt pulchri fluxus, ubi autem fontes
 Duo scaturiunt Scamandri uorticosi.
 Haec quidem enim aqua calida fluit, circum autem fumus
 Fit ex ipsa tanquam igne ardenti.
 Haec autem altera aestate profluit similis grandini,
 Vel niui frigidae, uel ex aqua crystallo.
 Illic autem in ipsis pelues amplae sunt
 Pulchrae lapideae, ubi uestes nitidae
 Lauabant Troianorum uxores pulchrae filiae
 Prius in pace ante uenire filios Achiuorum,
 Huc cursu diuerterunt, fugientes, hic autem a tergo persequens,
 Ante quidem fortis fugit, persecutus est autem ipsum multo fortior
 Celeriter: quoniam non uictimam, neque pelle bouina
 Accipiebant, quaeque pedibus certamina sunt uirorum.
 Sed de anima currebam Hectoris bellicosi.
 Sicut autem quando certatores circa metus unius unguis eque
 Leuiter ualde currunt. hoc autem ualde iacet praemium,
 Vel tripes, uel mulier uiri demortui.
 Sic hi ter Priami ciuitatem circum mouebant
 Velocibus pedibus. Dei autem omnes despiciabant.
 His autem uerbis incepit pater uirorumque; Deorumque.
 Pater certe dilectum uirum impulsus circa murum
 Oculis uideo: meum autem angitur cor
 Hectore, qui mihi multa bouum crura concremauit
 Idae in iugis multos monticulos habentis. interdum autem rursus
 In urbe summa. nunc rursus ipsum diuus Achilles

Vrbem circa Priami pedibus uelocibus insequitur.

Sed age, consyderate Dei & consulite;

An ipsum ex morte saluemus, an ipsum iam

Pelidæ Achilli interficiamus fortem existentem.

Hunc at rursus allocuta est Dea glaucos oculos hñs Miner

O pater albi fulminis nigrarū nubiū quale dixisti (ua.

Virum mortalem existentem diu fatitum Parcæ,

Rursus uis morte graui ex liberare.

Fac, sed non omnes laudabimus Dei alij.

Hanc at rñdēs allocutus est nebularū cōgregator Iupiter.

Confide tritonia dilecta filia, non certe animo

Prudenti loquor: uolo autem blandus esse.

Fac ubi iam tibi animus fuit: neq; recedas.

Sic dicens impulit ante paratam Mineruam.

Venit autem de olympi summitatibus ruens.

Hectora autem incessanter perturbās insequēbat uelox

Sicut at hinnulū mōtib; canis ceruæ inseqt (Achilles.

Mouens ex cubili per ualles & per saltus,

Hunc autem si lateat terrens sub frutice:

Sed inuestigans currit firmiter ut inueniat.

Sic Hector non latebat pedibus uelocem Pelidem

Quantum aut nitebatur portas Dardaniās

Contra ruere bene fabricatas in turre;

Si quomodo ei de super auxiliarentur sagittis,

Tantum ipsum ante auertebat astans

In campum. ipse autem ad urbem uolabat semper.

Sicut autem in somnio non potest fugientem insequi,

Neq; hic hunc potest fugere, neq; hic insequi.

Sic hic hūc nō poterat capere pedibus, neq; hic fugere.

Quomodo autem Hector Parcās euasisset mortis,

h h ij

Minerū
auxilio
Achilles
Hectorez
occidit.

Achilles
Hectorez
fugat cir-
ca urbem
Troianā.

Nisi ei ultimoq; & extremo obuiaffet Apollo
 Propè, qui ei impulit robur uelociaq; genua:
 Populis autem innuebat capite diuus Achilles:
 Neq; sinebat mittere in Hectorem amaras sagittas,
 Ne aliq; gloriã auferret pcutiēs. hic at̄ secūdus ueniret.
 Sed quando iam quarto ad colles peruenerunt,
 Et tunc aureas pater extendit bilances,
 Imposuit autem duo fata asperæ mortis,
 Hoc quidē Achillis, illud at̄ Hectoris bellicosi. (dies.
 Traxit at̄ in medio capiēs, declinauit at̄ Hectoris fatatus
 Iuit at̄ in infernum; reliquit at̄ ipsum Phœbus Apollo.
 Pelidē autem accepit Dea glaucosoculoshñs Minerua;
 Propè autem stans uerba uelocia allocuta est.

Nunc iam nos speraui Ioui dilectæ illustris Achille
 Portare magnam gloriam Achiuus apud naues
 Hectora interficientes pugnae insatiabilem existentem.
 Non ei nunc amplius est fugientem nos esse,
 Neq; si ualde multa patiatur longeiaculans Apollo
 Procumbens ante patrem Iouem Aegiochum.
 Sed tu quidem nunc sta & respira. hūc autem ego tibi
 Iens persuadebo contra pugnare.

Sic dixit Minerua. hic autem psuasus est, gauisus ē aīo,
 Stetit autem in fraxinea lancea firmatus.

Hæc aut̄ igitur hunc quidē reliquit: iuit at̄ ad Hectora
 Deiphobo similis corpus & indomitam uocem. (diuū
 Propè autē stans uerba uelocia allocuta est.

Euge, certe ualde iam te cogit uelox Achilles
 Ciuitatem circa Priami pedibus uelocibus impellens.
 Sed age iam stemus & opitulemur manentes.

Hanc autē rursus allocutus est magnus bellicosus Hector

Hector a
 Minerua
 decipit.

Deiphobe certe quædã mihi antea multo charissimus eras
 Fratrum, quos Hecuba & Priamus genuit pueros:
 Nunc autẽ itẽ & magis intelligo mentibus honorare,
 Qui sustinuisti mei gratia postquã uidisti oculis
 Murum exire, alij autem intus manent.

Hunc autem rursus allocuta est Dea glaucosoculoshñs Mi
 Euge certe quidẽ multa pater & pudica mater (nerua.
 Precantur deinceps genuflexi. circum autem alij
 Hic manere, talem enim tremunt omnes.

Sed meus intus animus augebatur mœrore graui.

Nũc autem rectã prõpti pugnemus, nequã quid læcearũ
 Sit cessatio, ut uideamus si Achilles

Nos interficiet, spolia sanguinolenta portet
 Naues in concauas: an tua lancea interficiatur.

Sic dicens, & astutia præiuitquã; Minerua.

Hi autem quando iam propẽ fuerunt inter se euntes,

Hunc prior allocutus est magnus bellicosus Hector.

Non te amplius Pelei filii formidabo, ut antea. (su m

Ter circa ciuitatem magnã Priami diuinã nõquã ppe ssus

Expectare contraueniẽtẽ. nõc rursus me aĩus psuadet

Stare contra te. interimã, uel interimar.

Sed age hic Deos inspiciamus. hi enim optimi

Testes erunt & custodes pactorum.

Non enim ego te crudeliter ulciscar, si mihi Iupiter

Dabit uictoriam: tuam autẽ animam auferam.

Sed postquã te spoliauero pulchra arma Achille,

Mortuum Achiuis dabo iterum. sic autem tu fec.

Hũc at igit torue uidẽs allocutus est pedibus uelox Achil.

Hector ne mihi dignecapi pacta dicas, (les.

Sicut non est leombus & uiris iuramenta fidelia,

Neque lupi quæ et agni concordem animum habent :
Sed mala cogitant penitus inter se.

Sic non est me et te diligere, neque in aliquo nobis
Iuramenta erunt, antequam alterum cadentem
Sanguine satiare Martem fortem bellicosum,
Omnis uirtutis recordere: nunc te ualde oportet
Bellicosum esse et audacem bellatorem.

Non tibi est fuga: statim autem te Pallas Minerua
Lancea mea interficiet. nunc autem congregatos omnes reddes
Dolores meorum sociorum, quos interfecisti lancea currens.
Dixit, et uibrans proiecit longam lanceam,
Et hanc quidem contra uidens euitauit illustris Hector:
Sedit enim prouidens. hæc autem supuolauit ærea lancea;
In terra autem fixa est. iterum autem rapuit Pallas Minerua,
Iterum autem Achilli dedit. latuit autem Hectora pastorem populi
Hector autem allocutus est strenuum Pelidem. (lorum.
Errasti, neque aliquo modo Deis ualde similis Achille
Ex Ioue scis meam mortem: certe dixisti.

Sed aliquis præmeditatus fuisti uerborum,
Ut te timens roboris fortitudinisque obliuiscar.
Non quidem mihi fugienti tergo in lanceam figes;
Sed rectam prompto per pectora impelle,
Si tibi dederit Deus. nunc rursus meam lanceam euita
Aeream, ut iam ipsam tuo in corpore totam portes,
Et leuius bellum Troianis fiet

Te interfecto. tu enim ipsis nocumentum maximum.
Dixit, et uibrans proiecit longam lanceam,
Et percussit Pelidæ medium scutum: neque aberrauit.
Longe autem aberrauit scuto hasta. iuratus est autem Hector
Quod ei telum uelox uanum effugit manu.

Stetit aut̄ tristatus, neq̄ aliam habebat fraxineam lâcēā.
 Deiphobum autē uocabat albū scutū hñtē ualde clamās.
 Petebat ipsam lanceam lôgam. hic nō eum propè erat.
 Hect̄or autem cognouit suis in mentibus, dixitq̄;

Heu, certe ualde iam me Dei ad mortem uocauerunt.

Deiphobum enim ego dicebam herc̄em adesse.

Sed hic quidem in muro: me autem decepit Minerva.

Nunc at̄ iam propè me mors mala, neq̄ ā plus seorsum

Neq̄ fugit: certe enim diu hoc dilectus erat

Iouiq̄, & Iouis filio Apollini, qui me antea

Prompti liberauerunt: nunc autē me fatum assequitur.

Non quidem sine cura, & ingloriose peribo.

Sed magnum faciens aliquid, & futuris audiri.

Sic locutus traxit ensem acutum,

Qui ei sub latere extensus erat, magnusq̄; grauisq̄;

Iuit autem contractus sicutq̄; aquila alte uolans,

Quæq̄; uadit ad campum per nubes obscuras,

Raptura uel agnam teneram, uel timidum leporem.

Sic Hect̄or iuit quatiens ensem acutum.

Ruit autem Achilles, robore autem impleuit animum

Forti, ante autem scutum pectus cooperuit

Pulchrum uarium: galea autem nutabat lucida

Quatuor cristarum: pulchri autē circūmoueabant crines

Aurei, quos Vulcanus misit conum circa densos.

Qualis autem stella uadit in astra noctis medio

Hesperus, qui pulcherrimus in cœlo stat stella.

Sic cuspide à splenduit acuta, quam Achilles

Vibrauit dextera cogitans malū Hect̄ori diuino,

Inspiciens corpus pulchrum ubi cederet maxime:

Huius at̄ & aliud tātū qdē hēbat ī corpore ærea arma

Pulchra quæ Patrocli uim spoliauit interficiens.
 Apparebat at quæ cōiūcturæ ab hæmeris ceruicē tenēt
 Colli ubiq; ammæ citissima mors.

Ea in ipsum promptus irruit lancea diuus Achilles.

Contra autem teneram per ceruicem iuit cuspis,
 Neq; iugulum hasta abscidit ære grauis,
 Ut aliquid ipsum alloquatur respondens uerbis.

Cecidit at i pulueribus. hic at iactabat diuus Achilles.

Hector, sed ubi dixisti Patroclum interficiens
 Saluus fore: me autē neq; curasti longe existentem

Stulte. huius autem longe adiutor ualde melior

Nauibus in concavis ego retro relictus eram,

Qui tibi genua solui: te quidem canes & aues

Lacerabunt indecenter: hunc autē sepelient Achiui.

Hunc autem parū potens allocutus est bellicosus Hector.

Precor per animam & amorem tuorūq; parentum,

Ne me sine apud naues canes deuorare Achiuorum.

Sed tu quidem æsq; sufficienter aurumq; suscipe,

Dona quæ tibi dabunt pater & ueneranda mater.

Corpus autem domum meum da retro, ut igne me

Troiani & Troianorum uxores sortiantur mortuum.

Hunc autē torue uidēs allocutus est pedesuelox Achilles.

Ne me canis auos precare, neq; parentes. (pmitteret

Vtinam enim aliquo modo ipsum me robur & animus

Crudas scindētē carnes comedere qualia mihi fecisti.

Ut non sit qui tuo canes capiti expellat,

Neq; si deciesq; & uigeties magna dona

Statuam huc ducentes, promittant autem & alia.

Neq; si te ipsum auro liberari iuberet

Dardanides Priamus, neq; sic teq; honoranda mater

Hector
 ab Achil
 le occidi
 tur.

Imposita feretro lugebit quem peperit ipsa.

Sed canesq; & aues per omnia laniabunt.

Hunc autem moriens allocutus est bellicosus Hector.

Certe te bene cognoscens aspicio, neq; futurus eram

Per suadere. certe enim tibi fereus intus animus.

Consydera nunc ne tibi in aliquo Deorum ira fiam

Die illo, quando te Paris & Phœbus Apollo

Fortem existentem interficient in Scæis portis.

Sic igitur ipsum dicentem finis mortis cooperuit.

Anima autem ex membris uolans ad infernum iuit,

Suam mortem lugens, relinquens uirilitatem et iuuentutē.

Hunc & mortuum allocutus est diuinus Achilles.

Morere, mortem autem ego tunc suscipiam, quando iam

Iupiter uoluerit perficere, & immortales Dei alij.

Dixit, & ex mortuo traxit æream lanceam.

Et hanc procul posuit, hic autem ab humeris spoliabat

Cruenta. alij autem accurrerunt filij Achiuorum,

Qui & admirati sunt indolem & speciem egregiam

Hectoris; neq; ei aliquis sine uulnere astitit.

Sic autem aliquis dicebat uidens ad propinquum alium.

Papè, certe ualde iam mollior tactu

Hector, quàm qaundo naues combusit igne infesto.

Sic aliquis dicebat & uulnerabat astans.

Hunc aut postq; spoliavit pedibus sufficiens diuus Achil

Stans in Achiuis uerba uelocia dixit. (les

O dilecti heroes Danaï ministri Martis,

Postq; hunc uirum Dei occidendum dederunt

Qui mala multa fecit, quot non omnes alij.

Eia age circa ciuitatem cum armis experiamur:

Vt & adhuc intelligamus Troianorū mentē quā habēt.

Hectorē
mortuus
Græci hz
stis petūt.

Vtrum relinquam ciuitatem altam hoc interempto.
 An manere prōpti sunt et Hectore nō amplius existēte.
 Sed quid mihi hęc dilectus differit animus?
 Iacet apud naues mortuus, inde fletus, insepultus,
 Patroclus. huius autem non obliuiscar donec ego
 Viuis in sum, & mihi dilecta genua mouentur.
 Si autem mortuorum obliuiscuntur in inferno:
 At ego & illic dilecti recordabor & socij.
 Nunc autem age canentes Pœona iuuenes Achiuorum,
 Nauibus in concauis eamus. hunc autem ducamus.
 Suscipiemus magnā gloriā. interfecimus Hectora diuū,
 Quē Troiani in ciuitate Deum tanq̄ admirabant.
 Dixit: & Hectori diuino indecemia curauit opera,

Achilles
 Hectores
 currū al
 ligatū tra
 hit ad na
 ues.

310 P
 311
 312
 313

Priamus
 filiū He
 ctorez de
 flet.

Amborum à tergo pedum perforauit neruos,
 In talum à calcaneo. bouina autem suspendit lora.
 Ex currū autem ligauit. caput autem trahi finit.
 In currū autē ascendens, supraq; inclyta arma eleuans
 Verberabat autem expellere: hi autē non inuiti uolabāt.
 Huius autem erat tracti puluis, circū autem capilli
 Flauī pleni erant. caput autem omne in pulueribus
 Iacebat ante gratiosum. tunc autem Iupiter hostibus
 Dedit deturpari sua in patria terra.
 Sic huius quidē puluere plenū est caput totū. mater autē
 Euellebat comam: ab autē pretiosam iecit uestem
 Longe: eiulabat autē ualde magnopere filiū inspiciens.
 Plorabat autē misere pater dilectus. circū autē populū
 Lamentatione q; tenebantur & ululatu in ciuitate.
 Huic autem maxime erat similiter tanq̄ tota
 Ilius alta igne combureretur in summitate.
 Populi quidem senem uix tenebant anhelantem

Exire promptum portas Dardanias.

Omnes autem precabatur uolutus in simo

Nominatim nominans uirum singulum.

Tolerate dilecti: & me solum finite solliciti quanuis

Exeuntem ciuitate ire in naues Achiuorum.

Precabor uirum hunc impium, fortem,

Si quomodo ætatem uerebitur, & miserabitur

Senectutem: & huic pater talis fuit

Peleus, qui ipsum genuit & nutriuit nocumentum fieri

Troianis. maxime at mihi supra omnes dolores posuit.

Tot enim mihi filios interemit iuuenes.

Hos omnes non tantum lugeo tristis,

Sicut unum: cuius me dolor acutus deportabit infernū in

Hectorem. utinam debuisset mori in manibus meis.

Quo satiati essemus flentesq; lugentesq;,

Materq; quæ ipsum peperit infelix & ego ipse.

Sic dixit flens. post autem suspirabant ciues.

Troianis autem Hecuba abundantè incepit luctu.

Fili ego misera quid uiuo grauiam patiens

Te mortuo? qui mihi noctesq; & diem

Iactatio in ciuitate eras: omnibusq; utilitas

Troianisq;, & Troianis in ciuitate: qui te Deum tanquā

Suscipiebant. certe enim ualde magnopere gloria eras

Viuis existens. nunc autem mors & fatum occupauit.

Sic dixit flens. uxor autem nondum aliquid audiuerat

Hectoris. non enim ei aliquis uerus nuncius ueniens

Nunciauit, quod ei maritus extra mansit portas.

Sed telam texebat conclauis domus altæ,

Duplicè, splendidam. in aut pigmenta uaria spargebat.

Iusserat autem ancillis bene comatis in domo

Hecubæ
lamenta

Circa ignem statuere lebetem magnum: ut essent
Hectori calida lauacra pugna ex redeunti.

Ignara, neque intellexerat quod ipsum ualde longe lauacris
Manibus Achillis interfecerat caesia Minerua.

Lamentum autem audiuit, et ululatum à turri.

Huius uersa sunt membra: humum autem ei excidit nauicula.

Hæc autem rursus ancillis bene comatis locuta est.

Agite duæ me sequimini. uideo quæ opera facta sunt.

Venerabilis Socrus uocem audiui. in autem mihi ipsi

Pectoribus mouetur animus in ore. subter autem genua

Herent, propè iam aliquid malum Priami filijs.

Vtinam enim ab aure sit mei uerbum. sed ualde grauiter

Timeo, ne iam mihi audacem Hectorem diuus Achilles

Solum longe uulnerans ciuitate per campum insequatur.

Et iam ipsum cessare faciat uirilitate sedula,

Quæ ipsum tenebat: quoniam nunquam in multitudine manebat

Sed longe præcurrebat suo robore nulli cedens. (uirorum.)

Sic locuta domo egreditur furenti similis

Mota corde. simul autem ancillæ ibant ipsa.

Sed postquam turrimque et uirorum peruenit cætum,

Stetit aspiciens in muro. hunc autem cognouit

Tractum ante ciuitatem. ueloces autem ipsum equi

Trahebant sine cura concauas in naues Achiuorum.

Hanc autem in oculis obscura nox cooperuit.

Decidit autem retrorsum. ab autem animam expirauit

Longe autem à capite fudit ligamina pulchra,

Reticulum, fasciaque, et plicatum uinculum,

Coronamque; quam ei dedit aurea Venus

Die illo, quando ipsam bellicosus duxit Hector

Ex domo Eetionis, priusquam præbuit infinita dona.

Circū aut ipsam maritisororesq; et fratru cōiuges abūde
 Quę ipsā inter ipsas tenebant timentē perire. (erant:
 Hęc aut postq; igit respirauit, & in mentē animū cōgre-
 Valde eiulans inter Troianas dixit. (gauit;

Hector. ego infelix: equali nati sumus fato

Ambo. tu quidem in Troia Priami in domo.

At ego Thebis sub Oplaco syluoso

In domo Eetionis, qui me eductauit paruulam existentem

Infelix grauiter morituram. utinā non debuisset parere.

